





Imago Vincentii Lauro, ab ignoto pictore studio et opera S. Camilli de Lellis facta, in domo generali Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium Romae conservata

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

FUNDATIO LANCKOROŃSKI

**ACTA  
NUNTIATURAE POLONAE**

moderatore Henrico Damiano Wojtyska CP

**TOMUS IX**

**VINCENTIUS LAURO**

(1572-1578)

\*

**Volumen 1**

(25 VII 1572 - 30 IX 1574)

ediderunt

**MIROSLAUS KOROLKO**

et

**HENRICUS DAMIANUS WOJTYSKA CP**



Non exstinguetur

ROMAE 1994

*Redactio et administratio:*

Institutum Historicum Polonicum Romae  
19, Via Virginio Orsini, 00192 Roma, Italia

*Introductionem, summaria et notas Latine vertit:*

Lucianus Olech

*Textum graphice composuit:*

Bożena Kondracka

*Correctiones fecit:*

Lucianus Olech

*Edidit:*

Fundatio Lanckoroński  
Friburgi Helvetiae

## INTRODUCTIO

### I. De Vincentio Lauro nuntio eiusque sociis.

Quadriennium, quod Vincentius Lauro annis 1574-1578 munus suum ex-  
plendo in Polonia transegit, callido illi et rerum publicarum perito oratori  
pontificio admodum nefastum atque infortunatum fuit. Nominatio enim a  
Gregorio XIII facta in idem fere tempus incidit, quo primum interregnum  
mortem Sigismundi Augusti (7 VII 1572) secutum supervenit. Breve autem  
intervallum, quo nuntius munere suo pacate ac modo fere usitato fungi pote-  
rat, per fugam Henrici Valesii (17 VI 1574) post quattuor menses interrup-  
tum est. Haec res causa fuit novi interregni, quod ex una parte duplici elec-  
tione (Stephani Báthory palatini Transilvaniae et imperatoris Maximiliani  
II) conclusum est, ex altera vero ad totum paene annum durantem relegatio-  
nem nuntii Vratislaviam, ergo extra fines Poloniae, ansam dedit, unde non  
nisi mense Martio a. 1577 redire potuit. Illo itaque gravissimo et calamitoso  
tempore, quo - praeter alias mutationes - ipsa administrandae rei publicae  
ratio in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae penitus mutabatur (per  
transitum scilicet a regno hereditario ad liberam regis electionem et per  
Confoederationem illam Varsaviensem mense Ianuario a. 1573 initam, quae  
prima omnino in Europa constitutio de tolerantia in rebus religionis decreta  
dici potest), munus, quod nuntio nostro tunc obeundum erat, in hos novos et  
varios rerum cursus necessario includi debuit. Quam ob rem in nuntiatura  
eius difficile est sacra profanis discernere, id est distinguere res Ecclesiae  
post Concilium Tridentinum sese renovantis, ab implicato illo certamine de  
imperio in Polonia exorto, eo vel magis quod de regno Poloniae principes ex  
pluribus in Europa regnantibus familiis nati inter se acriter decertabant.

Vincentius Lauro 28 III 1523 Tropaeae in Calabria in numerosa familia  
Antonilli Lauro et Raimundae Miliarizi natus est<sup>1</sup>. Ex septem eorum liberis  
frater Vincentii natu maior, Marcus, in Ordinem Praedicatorum ingressus  
est, minor autem Leonardus ad clerum dioecesanum pertinebat. Praeterea  
una ex sororibus, Dorothea, in ignoto nobis monialium monasterio vitam de-  
gebat. Vincentius aetate iuvenili inter aulicos principis Ferdinandi Carafa  
Neapoli cooptatus est. Ibi, eruditorum coetu circumdatus, in studia medici-  
nae incumbere coepit<sup>2</sup>, ibi etiam politioem humanitatem sibi comparavit et  
litteras, praesertim Graecas et Latinas, accurate didicit, tantumque in stu-  
diis litterarum et doctrina profecit, ut "utraque facile eleganterque scriberet,

---

<sup>1</sup> Tritonius, p. 1. Fusiuss de familiaribus Vincentii Tropaeae scribit Parisi I, p. 130.

<sup>2</sup> Parisi I, p. 131.

de re quoque proposita orationem ornatam haberet ac politiora etiam carmina conderet"<sup>3</sup>. Iucundo praeterea aspectu et dulcedine quadam ac suavitate sermonis natura praeditus erat, quod postea, in toto eius vitae ac dignitatum curriculo, saepe laudabatur<sup>4</sup>. Doctrinam, quam Neapoli adeptus est, deinde adauxit et perfecit in clarissima universitate studiorum Patavina, ubi inde ab a. 1542 studiis philosophiae, theologiae et medicinae operam dabat<sup>5</sup>.

Ante a. 1545 Patavinus noster, iuvenis viginti propemodum annorum, Romam venit et in curiis magnae auctoritatis cardinalium artem gerendi publicas legationes et mutuas rationes inter nationes intercedentes pertractandi ex usu et observatione ediscere coepit. Temporibus, quibus Concilium Universale interiectis intervallis Tridenti celebrabatur, illas cardinalium curias "seminaria nuntiorum" fuisse constat. Tritonius scribit Vincentium per breve tempus inter aulicos card. Petri Pauli Parisii, itidem Calabri, versatum fuisse, ubi amicitiam fecit cum Hugone Buoncompagni, futuro papa Gregorio XIII, qui eum postea nuntium in Polonia nominavit<sup>6</sup>. Post mortem Parisii a. 1545 Lauro in ministeriis erat card. Nicolai Gaddi. Cum autem et ille a. 1552 diem suum obivisset, Franciscus de Tournon inter suos eum cooptavit<sup>7</sup>. In comitatu eruditorum, qui in aula decani collegii cardinalium, ex regione Volcarum in Gallia oriundi, versabantur, futurus nuntius pontificius in Polonia disciplinae ecclesiasticae ferreus et inexorabilis emendator atque acerrimus defensor factus est. Franciscus de Tournon, uno eodemque tempore Magnus Inquisitor et archiepiscopus Lugdunensis, eum in Galliam secum duxit, ubi Lauro observare potuit, regnante praesertim Henrico II (1547-1559), exorientes et in dies crescentes catholicorum colluctationes cum Hugonottis, sicut sectatores Calvinii in Gallia vulgo vocabantur. Cum a. 1561 in Galliam venisset, a Pio IV missus, legatus a latere card. Hippolytus d'Este, commorantem ibi Vincentium facile notavit. Mox igitur commisit ei non facile munus ab Hugonottis protegendi Ioannam d'Albret, uxorem Antonii de Bourbon, regis Navarrae, qui benevolentiam suam in eos palam ostentabat. Post mortem vero eiusdem Antonii de Bourbon (1562) Lauro cum novo patrone suo, card. Hippolyto Estensi, in Italiam revertit.

Mox etiam futurus in Polonia nuntius consecrationem episcopalem recepit et a. 1566 adeptus est dioecesim Montis Regalis (Mondovì) in Pedemontio, quam eodem anno ad Petri cathedram electus card. Michael Ghislieri

<sup>3</sup> Tritonius, p. 4.

<sup>4</sup> Ioannes della Casa in celebri illo opere *Galateo* dicit Laureum "Aulicorum omnium fere elegantissimum" (ex editione Veneta a. 1558 refert Vanti, p. 104). Etiam nuntius Vindobonensis Ioannes Dolfi ad Galliam, 22 I 1574, scribebat: "Veramente a me non pare che Sua Santità avesse potuto trovare più opportuno instrumento di lui per sostenere il carico al quale è mandato, ... né m'è spiacciuto altro che non haverlo potuto intertenere almeno altri otto giorni per godere così dolce e utile conversatione" (Bues NBD III/7, p. 338-9).

<sup>5</sup> Parisi I, p. 131.

<sup>6</sup> Tritonius, p. 6.

<sup>7</sup> Parisi I, p. 132-3.

(Pius V) vacantem reliquit. Obiter notandum est Lauro ad hanc dignitatem a card. Carolo Borromaeo commendatum fuisse, cum quo arcta familiaritate et diutino epistularum commercio iunctus erat<sup>8</sup>. Die 27 VIII 1566 recens consecratus episcopus Montis Regalis nominatus est nuntius in Scotia. Hoc unius fere anni munus publicum a summo pontifice ei commissum abdicatio-  
ne Mariae Stuart (1542-1578), ad quam coacta erat, et carcere eiusdem reginae, in quem 15 VI 1567 erat coniecta, conclusum est<sup>9</sup>. Ante diem 24 VII 1567 Lauro iam in Pedemontio erat, in sede sui episcopatus, nam eo ipso die litteras misit ad card. Borromaeum et in eis varios casus, quos in explenda missione sua in Scotia expertus erat, regione scilicet, ubi doctrina Anglicana maiores in dies faciebat progressus, ei narrabat<sup>10</sup>. Post mortem Francisci Bachaud Lauro 23 XI 1568 nominatus est nuntius pontificius in Ducatu Sabaudiae<sup>11</sup>, ubi - ut affirmat epistularum eius et ad eum datarum editor, Faustus Fonzi - "Lauro inaugura infatti verso le autorità civili una politica ben diversa da quella intransigente del Ghislieri e del Borromeo, politica che assicura alla fede cattolica ed alla S. Sede positivi risultati durante gli anni della sua nunziatura"<sup>12</sup>.

Duo tantum menses elapsi erant, ex quo Hugo Buoncompagni ad summum pontificatum electus est (sub nomine Gregorii XIII), cum Augustam Taurinorum litterae ex Urbe 28 VII datae pervenissent, nominationem episcopi Montis Regalis ad munus nuntii pontificii in Polonia annuntiantes<sup>13</sup>. Quod tamen summi pontificis consilium cum obitu Sigismundi Augusti, qui 7 VII 1572 Cnissini de vita decessit, directe non erat coniunctum. Fama enim mortis ultimi e stirpe Jagellonica Poloniae regis, nulla relicta prole defuncti, et primi in Republica Utriusque Nationis interregni mensem fere unum tardavit, antequam Romam veniret. Profectionem tamen nuntii in Poloniam usque ad conclusionem primae liberae novi regis electionis retardavit<sup>14</sup>. Itaque Lauro, dum Augustae Taurinorum exitum electionis in remota Polonia exspectabat, eventus rerum ibi accidentes diligenter observabat<sup>15</sup>. Haud dubie afferebantur ei quoque novitates ex Urbe, quo perveniebant epistulae nuntii Vincentii Dal Portico et legati Ioannis Francisci Commendone, qui significabant de minore in dies verisimilitudine electionis archiducis Ernesti et semper maiore spe victoriae fratris regis Galliae, Henrici ducis An-

<sup>8</sup> Lagomarsini (IV, p. 150) adducit litteras card. Borromaei ad card. Sirlatum, 16 XI 1565 Brixia datas, bonam de candidato ad episcopatum Montis Regalis opinionem continentes.

<sup>9</sup> Cfr. J.H. Pollen, *Papal negotiations with Mary queen of Scots during her reign in Scotland 1561-1567*, Edinburg 1901, passim.

<sup>10</sup> Cfr. Mellano, p. 109.

<sup>11</sup> Cfr. Fonzi NS I, p. XVIII.

<sup>12</sup> Ibidem, p. XX.

<sup>13</sup> Cfr. N. 1.

<sup>14</sup> Cfr. N. 2.

<sup>15</sup> Lauro certas informationes nactus est de secreta missione in Poloniam Ioannis de Monluc, qui in mandatis habebat Polonos ad candidaturam Gallicam pellicere; cfr. litteras ipsius Lauro ad card. Gallium, 18 XII 1572 Augusta Taurinorum datas, ed. Fonzi NS I, p. 438.

degavensis. Quod Gregorius XIII candidato Gallico aperte favere decrevit, causa fuisse videtur, cur Lauro exeunte mense Decembri a. 1572 Romam vocaretur, ubi viva voce factam instructionem, ad munus suum in Polonia ob-eundum pertinentem, accepit<sup>16</sup>.

Rerum summa perturbatio et calamitosa condicio, in qua Polonia primi interregni tempore versabatur, cum munere Vincentio Lauro demandato directe quidem coniuncta non erat, sed accuratior eius inquisitio ac cognitio ad intellegendum atque explanandum epistularum commercium, quod nuntio nostro postea intercedebat, maximi sane est momenti<sup>17</sup>. Quod imprimis de origine et modo approbationis Confoederationis Varsaviensis in comitiis convocationis Varsaviensibus (6-29 I 1573) constitutae dicendum est, de cuius confirmatione tota nuntiatura episcopi Montis Regalis durante assiduae et acerrimae controversiae nascebantur<sup>18</sup>. Confoederatio enim illa Varsaviensis, praeter articulos pacem et tranquillitatem Reipublicae interregni tempore in tuto ponentes, continebat etiam clausulam de pace inter dissidentes de religione servanda. Ex contextu huius documenti clare patet subscriptores eius sibi optime conscios fuisse, quanta spes esset electionis ducis Andegavensis et quomodo res religionis in Gallia se haberent, praesertim post caedem illam Hugonottorum 23/24 VIII 1572 patratam, vulgo noctem sancti Bartholomaei dictam<sup>19</sup>. Ne igitur ad ripas Vistulae repeterentur, quae ad Sequanam evenerunt, decretum est confoederationem concludere, qua pax et tranquillitas, etiam in negotio religionis, in Republica plures confessiones religiosas complectente servaretur<sup>20</sup>.

Sedes Apostolica, quamquam in principio candidato Habsburgico favebat, in prima electione - per cardinalem legatum Ioannem Franciscum Comendone - Henricum Valesium firmiter adiuvare non dubitavit, idque propterea, quod Catharina Medicea "haereticos" in Gallia tam severe tractaverat. Gregorius enim XIII sperabat fore, ut Henricus erga evangelicos in Polonia se similiter gerat<sup>21</sup>. Fama electionis Valesii Romam pervenit 26 V 1573 et effectit, ut summus pontifex et eius secretarius status, card. Tholomaeus Gallio<sup>22</sup>, ad eam, nulla interposita mora, factis responderent. Iam enim 1 die Iunii episcopo Montis Regalis, Augustae Taurinorum tunc commoranti, com-

<sup>16</sup> Cfr. N. 11 et Hurtubise ANG XII, p. 77.

<sup>17</sup> Recenter de hac re scripsit Agnes Bues, *Die habsburgische Kandidatur für den polnischen Thron während des Ersten Interregnums in Polen 1572/73*, Wien 1984, p. 134-149.

<sup>18</sup> Vide infra in hoc volumine, cfr. Korolko, passim.

<sup>19</sup> Notatu dignum est Vincentium Lauro unum ex primis emissariis papae fuisse, qui eum de hoc eventu certiores facerent; cfr. eius litteras, 31 VIII 1572 Augusta Taurinorum datas, ed. Fonzi NS I, p. 403.

<sup>20</sup> Cfr. Noailles II, p. 212-213.

<sup>21</sup> Cfr. Cénival, p. 172 et commentarium passim.

<sup>22</sup> Bartholomaeus (Italice corruptum in "Tolomeo", quod cum nomine Ptolomaei consociari potest) Gallio (1526 - 1607), e Como oriundus (inde Comensis appellatus), gradus dignitatum curialium a munere amanuensis Pii IV ascendere coepit. Cardinalis nominatus a. 1565, negotiorum externorum Sedis Apostolicae praecipuus moderator factus est statim post Gregorii XIII ad summum pontificatum electionem. Constans Hispanorum fautor.

missum est, ut quam celerrime in Galliam proficisceretur et - tamquam nuntius ordinarius - ab electo rege Poloniae ne passum quidem unum recederet, neve permetteret, ut Articuli Henriciani, quos vocabant, a Ioanne de Monluc cum ordinibus regni Poloniae Varsaviae initi et conclusi, praesertim autem statuta Confoederationis "de pace inter dissidentes servanda"<sup>23</sup>, iuramento regio confirmarentur, quod oratores Poloni, tum Lutetiam Parisiorum iter facientes, a novo rege postulaturi erant<sup>24</sup>. Fama de eorum itinere et de iis, quae in mandatis haberent, factum est, ut Gregorius XIII illos praecedere stateret et eodem ipso die, 1 VI 1573, specialem missum suum extraordinarium, Rotae Romanae auditorem, Seraphinum Olivier, ad regem electum ablegaret. Qui non solum Henrico felicem electionem gratulaturus et Rosam Auream porrecturus erat, sed etiam - a nuntio pontificio in Gallia, Antonio Maria Salviati, in eo adiutus - impetrare debebat, ne rex interea, usque ad adventum nuntii Vincentii Lauro, quem idem Olivier annuntiaturus erat, decreta Confoederationis Varsaviensis confirmaret<sup>25</sup>.

Olivier (aliquando etiam Razzali appellatus - a cognomine matris, quam magno filiali amore prosecutus esse fertur), Gallus ex patre, ex matre Italus, Lugduni natus est, sed - post praematuram mortem patris - in Italia educabatur et omnem doctrinae ac studiorum cursum ibi absolvit. Iuris eximius peritus, litterarum et doctrinae gradus in universitate studiorum Bononiensi ascendere coepit. Mox tamen Romam, in curiam pontificiam, demigravit, ubi a. 1565 munus auditoris Rotae assecutus est. Anno 1590 officium decani illius dicasterii pontificii ei concreditum est, ita ut a. 1602 - hoc munere fungens - patriarcha Alexandrinus nominaretur, et a. 1604 - postulante rege Galliae Henrico IV Borbonio, apud quem, iam antequam ille in Ecclesiam Catholicam "reverteretur" et a. 1590 regnum Galliae potiretur - legationem pontificiam obiverat, sacra purpura ornaretur. Obiit Romae noctu inter 9 et 10 diem mensis Martii a. 1609<sup>26</sup>.

Quantopere Curiae Romanae interfuerit, ut novi regis Poloniae animum sibi conciliaret, et quam periculosa et minis plena ei apparuerit - praesertim post novissima bella religionis in Gallia confecta - Confoederatio Varsaviensis in Polonia, vel id testari potest, quod Olivier, qui iter in Galliam 2 VI 1573 ingressus erat<sup>27</sup>, iam 19 die eiusdem mensis Iunii Lutetiam advenit<sup>28</sup>, quamquam in via adversa valetudine laborabat et in colloquiis cum Lauro Augustae Taurinorum substitit<sup>29</sup>. Quamvis enim publicam missionem suam,

---

<sup>23</sup> Vide N. 13, 17.

<sup>24</sup> Omnia acta eorum legationis ediderunt Przyboś et Zelewski (DPP).

<sup>25</sup> Cfr. N. 14, 15.

<sup>26</sup> Eius vitae descriptio desideratur. Unicum opus, in quo de vita eius breviter narratur, nunc iam satis obsoletum et minus accuratum, scripsit Ciaconius (IV, p. 346). Cfr. Pastor SP X, p. 257 et XI, p. 189, Gulik-Eubel HC III, p. 7 et Gauchat HC IV, p. 275 et XI, p. 189.

<sup>27</sup> Vide N. 13.

<sup>28</sup> Cfr. N. 21, 24.

<sup>29</sup> Cfr. N. 21, 23.

scilicet munus Rosam Auream Henrico tradendi, non ante quam 2 die Augusti adimplere potuerit<sup>30</sup>, iam prius tamen a Catharina Medicea promissionem impetraverat se esse curaturam, ut consilium promissa Polonis a Monlucio facta iuramento regio confirmandi procrastinetur<sup>31</sup> et tali modo missio episcopo Montis Regalis concredita accuratius praeparetur. Mox post 13 mensis Augusti diem viam reditus in Italiam ingressus est<sup>32</sup>, 21 autem die Septembris adventus eius in Urbem in dies expectabatur<sup>33</sup>.

Interea vero, die 19 Iulii, etiam Vincentius Lauro Lutetiam pervenit<sup>34</sup>. Brevibus credentialibus, quae vocantur, viatico et menstruo 200 scutorum nummum salario instructus, praeditus etiam instructione, quae ad aetatem usque nostram non tamen pervenit<sup>35</sup>, adiutus praeterea a secretario card. Stanislai Hosii, Stanislao Rescio, qui ei accessum ad oratores Polonos ac societatem cum illis faciliorem reddere debebat, atque a nuntio Salviati et cardinalibus Flavio Orsini et Aloisio d'Este, qui in conciliando sibi rege et reliqua curia ei adfuturi erant<sup>36</sup>, statim diligenter elaborare coepit, ut regi persuaderet, ut (secundum consilia cardinalis legati in Polonia, Ioannis Francisci Commendone)<sup>37</sup> quam citissime in Poloniam proficisceretur, antequam promissa Polonis facta iuramento confirmaret. Ad quem finem assequendum Lauro etiam apud participes catholicos legationis Poloniae, imprimis vero apud episcopum Posnaniensem Adamum Konarski, qui legationi praeerat, sedulo instare debebat<sup>38</sup>. Spectator et testis huiusmodi pactionum, auctor amplissimi commentarii Iacobus de Thou, adnotavit nuntium nostrum "viles sibi vestes induisse et nocturno tempore in cubiculum episcopi Posnaniensis et Alberti Łaski se clam insinuasse; dixisse etiam se eos non valde diligentes in conficiendo hoc negotio invenisse, nam timerent, ne ea re Polonorum animos sibi abalienarent"<sup>39</sup>. Auctor commentarii hic certo cogitat de nota illa et famosa visitatione nocturna nuntii et legati cardinalis d'Este apud episcopum Konarski, 9 IX 1573 facta<sup>40</sup>, cum iam inter omnes constaret constantiam ac pertinaciam maioris partis oratorum Polonorum tantam esse, ut regina Catharina, rex Henricus et Konarski, una cum adhaerentibus sibi Alberto Łaski et Nicolao Christophoro Radziwiłł, non cedere non possent, praesentiam autem penes regem electum acrioris in rebus gerendis nuntii pontificii in aula regia Galliae summopere incommodam esse factam.

<sup>30</sup> Cfr. N. 36, 39.

<sup>31</sup> Cfr. N. 29.

<sup>32</sup> Cfr. N. 39.

<sup>33</sup> Cfr. Hurtubise ANG XII, p. 637.

<sup>34</sup> Cfr. N. 35.

<sup>35</sup> Cfr. N. 17, 32, 33.

<sup>36</sup> Cfr. N. 38.

<sup>37</sup> Cfr. N. 31, 34.

<sup>38</sup> Cfr. N. 31, 42.

<sup>39</sup> Opus hoc in versione Polonica edidit Niemcewicz (I, p. 167). Cfr. descriptionem Tritonii, p. 38.

<sup>40</sup> Cfr. N. 43. Iuxta Tritonium (p. 38) ipse Lauro deduxit cardinalem ad episcopum Konarski, qui hac visitatione durante valde "timidus" erat.

Quam ob rem Catharina consilium ei dedit, ut Gallia discederet, et papa hoc consilium probavit et iussit, ut quam primum in Poloniam proficisceretur ibique extremum certamen certaret<sup>41</sup>. Die 10 IX 1573 Henricus Valesius in ecclesia cathedrali Beatae Mariae Virginis Parisiensi pacta cum Polonis conventa sollemniter confirmavit et - neglecta timida reclamatione Adami Kornarski - ius iurandum praestitit, adiecta clausula de pace inter dissidentes de religione servanda<sup>42</sup>.

Lauro itaque medio mense Novembri a. 1573 Montem Regalem rediit, ubi festinanter res dioecesis suae, ad tempus quo ab ea abfuturus esset, expedit et ordinavit<sup>43</sup> et integrum numerum "familiarium" et famulorum suorum stabilivit et complevit. Itaque summum munus adiutoris nuntiaturae intimo suo in administranda dioecesi Montis Regalis adiutori, iuris utriusque doctori Bernardino Belletrutti, praeposito Morocensi prope Cuneum<sup>44</sup>, commisit. Inter varias provincias, quae ei a nuntio demandabantur<sup>45</sup>, maxime procul dubio praesentiam eius in Polonia signavit concreditum ei a. 1575 munus conducendi processum in controversia, in qua appellatio facta erat, inter capitulum Varmiense et episcopum eiusdem dioecesis Martinum Cromerum de proventibus ex portorio in Pieniężno (Mehlsack) intercedente. Processus enim ille, postquam sententia ab auditore lata capitulo favebat, semen discordiarum inter nuntium et Cromerum seminavit, quae usque ad finem nuntiaturae a Lauro in Polonia expletae non cessarunt<sup>46</sup>. Exeunte a. 1577 Belletrutti, a nuntio in concedendis suo nomine gratiis deprehensus, pro quibus a Polonis munera, praesertim pelles zibellinas, acceptabat, officio destitutus est, etiam propter "aliquas litteras interceptas, quas - me inscio atque invito - litterulis arcanis scribebat, rebus, quae ad ipsum non pertinebant, se immiscendo"<sup>47</sup>. Post eius abitum in officio auditoris nemo in eius locum successor subrogatus est. Propter hunc casum Lauro, iuris (ut ipse fatebatur) ignarus et Polonia brevi discedere cogitans, laborem tribunalis nuntiaturae usque ad adventum successoris suspendit<sup>48</sup>.

Cancellarius, seu notarius nuntiaturae, nominatus est Iosephus Monaco, "clericus Tellensis civitatis". Praeter conficienda publica documenta iuridica, inspiciebat etiam et invigilabat omnes epistulas et alia scripta, quae ex

<sup>41</sup> Cfr. N. 37, 40, 41.

<sup>42</sup> Cfr. N. 43, 44. Partem Gallicam nuntiaturae Vincentii Lauro et missionis Seraphini Olivier breviter descripsit Hurtubise (ANG XII, p. 75-80). Cfr. etiam Champion JH II, p. 237 et sequentes.

<sup>43</sup> Vide N. 56.

<sup>44</sup> "Dottor che menai meco dal Mondevi, chiamato Bernardino Belletrutto" (Lauro ad Tholomaeum Gallium, 28 I 1578, AV, Nunz. Pol. 14 f. 20v). Praeposituram Morocensem obtinuit in vim collationis pontificiae, Lauro adiutore, a. 1570 (vide Fonzi NS I, p. 268).

<sup>45</sup> Vide ex.gr. N. 147.

<sup>46</sup> Fusius de hac controversia et de parte, quam in ea Belletrutti habuit, scribit Szorc, p. 383-384.

<sup>47</sup> "... per alcune lettere intercette, che egli scriveva in cifra, senza mia saputa et licenza, nel intramettersi in cose che non appartenevano a lui". Totum hunc odiosum casum describit Lauro in litteris 28 I 1578 ad Gallium datis (AV, Nunz. Pol. 14 f. 20v-21v).

<sup>48</sup> Ibidem.

nuntiatura expediebantur vel ad eam perveniebant. Lauro existimabat eum esse "personam (in quantum intellegere potui) fidelem et expeditionibus litterarum idoneam"<sup>49</sup>. Ab initio usque ad mensem Iunium a. 1576 Monachus fungebatur officio "inspectoris" perscriptionum in librum registorum, quem vocant, conficiendarum. In quo libro registorum, mirum in modum, ne unus quidem actus legalis vel attestatio gratiae cuiusdam a nuntio alicui concessae inveniri possit, pro qua merces aliqua, in eiusmodi casibus in cancellaria persolvi solita, data sit<sup>50</sup>. In libro registorum secundo, qui incipit a die 2 XII 1577, nomen Monachi amplius non occurrit. Laborans morbo quodam, alias ignoto, quem medicina ex ungula alcis praeparata, a Petro Kostka sibi commodata, sanare conabatur<sup>51</sup>, a. 1577 Vratislaviae mortuus est, cum una cum nuntio in exilio ibi permaneret<sup>52</sup>. Successit ei in officio - sed sine titulo regentis cancellariae - Polonus, nomine Simon Łubowski, clericus dioecesis Ponsnaniensis, qui in documentis nuntii inde a fine anni 1577 usque ad finem eius commorationis in Polonia apparet prout "Rev.mi in Christo Patris D.ni Vincentii Laurei ... Curiae Actorum Notarius"<sup>53</sup>. Eius manus, quae in omnibus asservatis registorum libris in belle exaratis epistulis et actis nuntii clare perspicitur, demonstrat eum antea in cancellaria nuntii officio scribae functum esse.

Ab epistulis nuntio nostro, ab initio usque ad 13 VI 1576, erat Horatius Andreucci<sup>54</sup>. Qui ob causas, nobis melius non notas, tempore relegationis nuntii Vratislaviae in Italiam profectus esse videtur, neque unquam postea in Poloniam revertit. In ministeriis tamen episcopi Montis Regalis esse non destitit et post illius in dioecesim suam reditum, saltem annis 1582-1583, ei ab epistulis esse perrexit<sup>55</sup>. Tempore secundae Vincentii Lauro in Polonia commorationis vices eius gerebat Aurelius Maximilianus Varro (Varrone), cuius nomen tamquam secretarii nuntii in secundo libro registorum, a 2 XII 1577 ad 19 VI 1578, saepius occurrit. Cum tam nominis subscriptio quam ipse transcriptorum documentorum textus una eademque manu exarata

<sup>49</sup> "Persona (per quanto ho potuto comprendere) fedele e sofficiente nelle speditioni [delle grazie]" (Lauro ad Gallium, 23 IX 1577, reg. AV, Nunz.Pol. 12 f. 65v-66r).

<sup>50</sup> Ipse Lauro, descripto molesto casu, propter praefati Belletruttii se gerendi modum exorto, adiungit: "In questo mi consolo che tutte sorti di speditioni furono sempre fatte gratis". Ultima nominis Monachi subscriptio in supramemorato libro registorum facta est 31 VI 1576, vide AV, Nunz.Pol. 396 f. 114v (cfr. ex.gr. N. 74). In his actis Monachus nomen suum subscribens adiungit: "regens cancellariae" vel "abbreviator".

<sup>51</sup> Cfr. T. Glemma, *Początki rządów biskupa Piotra Kostki i jego kapituła* [De exordio regiminis Petri Kostka in dioecesi Culmensi eiusque capitulo], "Nasza Przeszłość", 8 (1958), p. 126.

<sup>52</sup> Vide supramemoratas litteras Vincentii Lauro ad Gallium, 2 XII 1577 datas (AV, Nunz.Pol. 12 f. 66r). Adhuc die 28 I 1578 Lauro memorat eum tamquam "beatae memoriae" bonum iurisperitum et fidelem adiutorem (AV, Nunz.Pol. 14 f. 20v).

<sup>53</sup> Vide ex.gr. actum Vincentii Lauro, 17 II 1578 proditum (AV, Nunz.Pol. 14 f. 40r). Cfr. Theiner AE II, p. 401. Garampi, qui Monachum omnino ignorat, opinatur toto nuntiaturae episcopi Montis Regalis tempore non nisi Łubowski munere cancellarii functum esse (vide AV, F. Garampi, ms. 23 f. 76av).

<sup>54</sup> Hoc munere fungens occurrit in supranominato primo libro registorum.

<sup>55</sup> Cfr. Mellano, p. 190. Tali officio fungens subscribebat etiam documenta a Lauro prodita, in tertio registorum libro a. 1582 relata (vide AV, Nunz.Pol. 396 f. 136-140).

sint, hoc demonstrare videtur eum antea unum ex tribus scribis fuisse, quorum manu omnia documenta in cancellaria Vincentii Lauro, dum munere nuntii in Polonia fungeretur, conficiebantur<sup>56</sup>. Reliqui secretarii fuerunt iam supramemoratus Simon Lubowski et Petrus Minio, "clericus dioecesis Montis Regalis"<sup>57</sup>.

Ex illa dioecesi originem etiam duxit Rogerus Tritonius (Tritonio), vitae nuntii nostri scriptor, "apud illum ab ineunte aetate educatus, non familiaris, sed filii loco potius habitus"<sup>58</sup>, de cuius in Polonia apud Vincentium Lauro usque ad aetatem anni 1576 commoratione testari videtur commendatio pro illo apud card. Ioannem Morone autumno eiusdem anni facta<sup>59</sup>. Negari non potest, quin eum nuntius - forsitan una cum Horatio Andreucci - ad cardinalem Morone, tunc legatum pontificium in comitiis Imperii Ratisbonae manentem, miserit<sup>60</sup>, unde simul cum eo Romam se contulerit ibique paulo post inter familiares cardinalis Tridentini, Ludovici Madruzzo, acceptus fuerit<sup>61</sup>. Postquam Lauro in Italiam rediit, Tritonius, iterum "consiliorum eius particeps factus", inter coniunctissimos eius socios et adiutores numerabatur<sup>62</sup>.

Rei autem familiaris curator, quem vulgo "maiores domus" vocant, erat Stephanus Nelfi, ex agro Sabino, regione non procul ab Urbe distante, oriundus<sup>63</sup>. De reliquis sociis et administris suis, ut puta capellanis, coquis, agasonibus, Lauro - in loquendo de rebus suis parvus - nullam facit mentionem.

Die 5 XII 1573 nuntius una cum comitibus suis Augusta Taurinorum discessit et iter in Poloniam ingressus est. Quod iter fiebat in navigiis per flumen Padum usque ad eius ostium, deinde vero per mare Hadriaticum Venetias versus, ubi nuntius diebus 21-26 XII constitit, ut - secundum mandata a card. Tholomaeo Gallio data - cum card. Ioanne Francisco Commendone, qui eum ibi exspectabat, congregaretur<sup>64</sup>. In colloquiis, quae inter se habue-

<sup>56</sup> Nunz. Pol. 396 f. 119r, cfr. A. Szorc, *Dominium warmińskie 1243-1772*, Olsztyn 1990. p. 383-384.

<sup>57</sup> Nominatur in documento Berolini servato (Geheimes Staatsarchiv, Preussischer Kulturbesitz, C 1a, Kasten 502 (s.f.).

<sup>58</sup> Vide Tritonius, p. 2.

<sup>59</sup> Vide Morone ad Vincentium Lauro, 22 XII 1576 (AV, Nunz. Pol. 171 f. 610r), cfr. Lauro ad Morone, 10 V 1577 (AV, Concilio di Trento 71 f. 137v).

<sup>60</sup> In litteris nuntii ad card. Gallium, Vratislavia 12 IX 1576 datis, sermo est de "uno ex suis", quem Ratisbonam ad cardinalem Morone misit (AV, Nunz. Pol. 13 f. 188r).

<sup>61</sup> Vide litteras Lauro ad card. Gallium, Varsavia 4 III 1578 datas (AV, Nunz. Pol. 14 f. 57v).

<sup>62</sup> Ante mortem suam Lauro in eius favorem renuntiavit abbatae Pinaroliensi in Pedemontio. Deinde erat in ministeriis card. Alexandrii Peretti, nepotis Sixti V (cfr. Tritonius, prooemium, sf.). Eius *Vita* Vincentii Lauro, ad rem quod attinet, vera quidem et correcta est, quoniam documentis nixus est, ad quae, tamquam secretarius eius, facilem habuit aditum, sed revera nil aliud est, quam elegans virtutum demortui laudatio.

<sup>63</sup> Cfr. Szorc (ut supra), p. 383.

<sup>64</sup> Cfr. N. 56, 60. De cogitato congressu nuntii cum card. Commendone memorat card. Tholomaeus Gallio in epistulis ad nuntium Vindobonensem Ioannem Dolfin (vide litteras Roma 12 XII 1573 datas; ed. Bues NBD XI/7, p. 280) et ad card. Commendone mense Decembri eiusdem anni scriptis (AV, Nunz. Pol. 172 f. 116r). Commendone fines Poloniae transit 13 X (cfr. Wojtyńska ANP I, p. 219).

runt, legatus pontificius, qui legatione sua in Polonia expleta in Italiam revertebatur, nuntium de iis, quae tunc in Polonia gerebantur, accurate edocuit<sup>65</sup>. Deinde solita cursorum via per Villacum iter pergens, medio mense Ianuario Vindobonam advenit, ubi aliquot dies commoratus est. Colloquia, quae ibi cum nuntio pontificio Ioanne Dolfin, episcopo Torcellano, habuit, praecipue pretiosa erant, quoniam in posterum, tempore, quo episcopus Montis Regalis in Polonia munus suum obibat, nuntiatura Vindobonensis quasi vinculum esse debebat, per quod varii generis et magni momenti commercia et mutuae relationes inter Romam et Cracoviam fieri poterant.

Cum internuntius pontificius in Polonia, Antonius Maria Graziani, Francofurti ad Viadrum Henricum Valesium summi pontificis nomine salutareret<sup>66</sup>, nuntius cum equestri comitatu suo Cracoviam festinabat, in quam 30 die mensis Ianuarii tandem advenit. Priusquam tamen in monasterio Fratrum Minorum Conventualium, consueta sede nuntiorum Cracoviensi, deversatus est, per aliquot dies in aedibus episcopi Francisci Krasiński hospitio excipiebatur<sup>67</sup>. Die 5 Februarii accepit sollemne obsequium ab Academia Cracoviensi<sup>68</sup>, deinde 10 eiusdem mensis die exsequiis Sigismundi Augusti interfuit<sup>69</sup>. Die tandem dominico Februarii adfuit coronationi regis Henrici, quae in ecclesia cathedrali Cracoviensi, in colle Wawel ad arcem regiam sita, celebrabatur, templo etiam propter controversiam de iuramento regio et clausula de pace inter dissidentes servanda exortam memorabili et famoso<sup>70</sup>.

Non parva auctoritas, qua Lauro apud regem Henricum pollebat tempore eius brevis in Polonia commorationis, et assidui conatus eo directi, ut auxilio primatis Iacobi Uchański, Alberti Łaski, Ioannis Chodkiewicz et Nicolai Christophori Radziwiłł factionem catholicam solidaret firmaretque, effecerunt, ut fautores Confoederationis Varsaviensis, cui nuntius fortiter adversabatur, cogitare coepissent, quomodo eum ex Polonia removerent<sup>71</sup>.

Sed omnia haec consilia - tam nuntii quam adversariorum eius - impedit mors regis Galliae Caroli IX, qui 30 V 1574 Lutetiae Parisiorum e vita decessit. Henricus enim eo ipso eius successor factus est et - ut eiusmodi successionem certam ac securam redderet - noctu inter 18 et 19 diem Iunii a. 1574 clam ex Polonia discessit, regno tamen Poloniae non renuntiavit<sup>72</sup>. Sedes Apostolica, nulla interposita mora, unionem personalem hoc modo partam approbavit, habita tamen ratione religionis catholicae in Gallia, ubi

<sup>65</sup> Cfr. N. 60. Relatio ipsius Commendone de hoc congressu cum Lauro continetur in litteris eiusdem ad Tholomaeum Gallio 23 XII 1573 datis (or., AV, Nunz. Pol. 3 f. 514 v).

<sup>66</sup> Cfr. litteras eiusdem Graziani ad card. Tholomaeum Gallio Francofurti 20 I 1574 datas (AV, Nunz. Pol. 8 f. 1r-8v).

<sup>67</sup> Vide Gostyński, p. 115. Cfr. A. 6.

<sup>68</sup> Cfr. Barycz UJ, p. 634.

<sup>69</sup> Cfr. N. 70.

<sup>70</sup> Vide N. 72.

<sup>71</sup> Cfr. N. 145.

<sup>72</sup> Vide Serwański, p. 197-201. Cfr. N. 118.

praesentia regis condicio necessaria esse videbatur frangendae factionis adversae Hugonottorum, qui ultimis hebdomadis vitae regis Caroli novum religionis bellum minitabantur<sup>73</sup>. Itaque tam Lauro, 19 VI 1574 novis litteris credentialibus penes ordines Poloniae nuntius denuo confirmatus<sup>74</sup>, quam recens nominatus nuntius extraordinarius apud regem, Antonius Maria Graziani (cuius tamen missio, postquam fama de fuga Henrici Romam pervenerat, revocata est)<sup>75</sup>, mandata acceperunt, ut eo contenderent, quo Valesius regnum Poloniae retineret et ad tempus eius absentiae Romae excogitata regiminis forma probaretur, vel - si id nullo pacto fieri posset - frater eius Franciscus, dux Alensonii, rex Poloniae eligeretur<sup>76</sup>.

His mandatis Lauro obtemperare cupiens, sua sponte Henrico, brevi ante eius fugam tempore, miram ostendit visionem magnae potentiae in Europa ortae, quae sub eius sceptro non solum seditiones haereticorum in Gallia reprimere et sedare, sed etiam periculum Moscoviticum a Polonia et Turcicum ab universa Republica Christiana avertere posset<sup>77</sup>. Hoc curiosum consilium, a nuntio, cum initio mensis Augusti 1574 a. Volboriae esset, Abrahamo Zbąski, homini turbulento et vehementi, imprudenter patefactum<sup>78</sup> et a primate Uchański in Conventione Varsaviensi 3 VIII 1574 palam lectum, adversariis ansam dedit ad nuntium accusandum, quasi rebus Poloniae internis se immiscere vellet. Propter hunc errorem suum, et quod immature consilium dedit, ut archidux Ernestus etiam vi armorum regnum Poloniae ambiret, Lauro a mandatariis suis Romae severe castigatus est<sup>79</sup>. Alius autem error nuntii in eo constitit, quod - ob nimiam ambitionem suam - fidelissimum regis Henrici et rationum Sedis Apostolicae fautorem, episcopum Vladislaviensem Stanislaum Karnkowski, a se abalienavit, idque eo tempore fecit, quo ille in summa difficultate versabatur<sup>80</sup>. Hoc modo aliquanto mitigatus, Lauro tempore convocationis Varsaviensis se rebus publicis interponere directe non temptabat, sed in Skierniewice, in aedes archiepiscopi Gneznensis, secessit, neque aliud quid sibi proposuit, quam ut extrinsecus omnia diligenter observaret et de omnibus Romam referret.

Decretum comitiorum convocationis, permittens, ut Valesius regnum ea condicione retineret, ut ante comitia, ad diem 12 V 1575 in Stężyca indicta, in Poloniam rediret, nuntio nostro permisit omnes vires suas in eo collocare, ut una cum aliis haereticos comprimere et ad fidem catholicam iterum convertere niteretur (inter tales actiones, quibus Lauro tum interfuit, numerari

<sup>73</sup> Vide instructiones card. Tholomaei Gallio Vincentio Lauro (N. 116) et Antonio Mariae Graziani (A. 14) datas.

<sup>74</sup> Cfr. N. 117.

<sup>75</sup> Cfr. A. 16.

<sup>76</sup> Vide instructionem, ut supra.

<sup>77</sup> Vide N. 114.

<sup>78</sup> Cfr. N. 145, 146.

<sup>79</sup> Cfr. N. 145, 149 et litteras Gallii ad Vincentium Lauro, 6 XI 1574 (AV, 171 f. 146r-v).

<sup>80</sup> Cfr. N. 129 Praecipue significandae sunt hac in parte flebiles litterae epi Karnkowski ad Antonium M. Graziani 25 VII 1574 datae (cfr. A. 19).

possunt: incendium templi evangelicorum Cracoviae, "bróg" nuncupati, mense Octobri a. 1574 conflatum, expulsio concionatoris evangelici Varsavia a. 1575, actio Iesuitarum inter sectatores Calvini in Lithuania, conversio oratoris Suetici Andreae Lorichs, aliique similes conatus a sodalibus Societatis Iesu, primum Stanislao Warszawicki, deinde Antonio Possevino coram rege Ioanne Vasa suscepti<sup>81</sup>.

Cum itaque in conventu Steżycensi (25 V 1575) Henricus Valesius regno spoliatus esset et autumnus eiusdem anni nova regis electio esset celebranda, nuntius negotiis cum electione coniunctis iterum implicatus est. Posteaquam per breve tempus duci Ferrariæ Alfonso d'Este favebat<sup>82</sup>, deinde, mandatis Roma acceptis obtemperans, firmum strenuumque fautorem candidati Austriaci, id est ipsius imperatoris Maximiliani II vel unius ex eius filiis, Ernesti aut Rudolphi, se esse declaravit. Cum tamen in comitiis electionis, quæ 12 XI 1575 Varsaviae coepta erant, hunc favorem suum erga Domum Austriacam palam professus esset, tunc plures inimicos, quam antea habuerat, sibi certo comparavit. Qui etiam infestiores et concitatiores facti sunt, cum - post promulgationem duplicis electionis: 12 XII imperatoris Maximiliani et brevi post, 15 XII, palatini Transilvaniae Stephani Báthory - maior pars Polonorum cum Transilvano stetisset, nuntius autem Roma mandata accepisset, ut omnibus viribus suis factioni imperiali faveret<sup>83</sup>. Ultimam tamen Stephani victoriam tum constantia fautorum, tum ipsius electi in agendo celeritas peperit<sup>84</sup>. Error autem a Gregorio XIII commissus<sup>85</sup> condicionem nuntii in Polonia difficillimam reddidit. Stando enim - secundum iussa ex Urbe accepta - cum imperatore diutius quam id prudentia dictabat, coronationi novi regis 1 V 1576 Cracoviae celebratae non interfuit, neque reconciliari cum eo temptavit, etiam post "ultimam cladem causae imperatoris in Polonia", eius iudicio tum illatam, cum fautores Stephani ultimum propugnaculum Austriacorum, arcem Lanckorona, ab uno ex fidissimis amicis nuntii, Alberto Łaski, fortiter defensam, expugnassent<sup>86</sup>.

Rebus sic stantibus luce clarius erat Bathorei - quamquam contentionem cum Sede Apostolica vitare voluisset - 10 VI 1576 nuntio iussurum fuisse, ut ex Polonia discederet et summi pontificis mandata extra fines regni exspectaret<sup>87</sup>. Itaque ab aulicis regiis usque ad fines imperialis Silesiae deductus, 14 VI Vratislaviae substitit, ubi - in domo praepositi Vra-

<sup>81</sup> Inter proceres ad religionem catholicam conversos nuntius maxime divulgabat famam conversionis unius ex fratribus Zborowski, natu minoris Christophori, qui sollemniter coram nuntio doctrinae Calvini abiuravit et 1 VIII 1575 Varsaviae ab eo baptizatus est (vide actum abiurationis in AV, Nunz. Pol. 8, f. 501r-503r et Nunz. Pol. 396 f. 61v-63r).

<sup>82</sup> Vide AV, Nunz. Pol. 8 f. 43v, cfr. Kartunnen, p. 42-43.

<sup>83</sup> Vide instructionem Gallii, 21 I 1576 datam (AV, Nunz. Pol. 171 f. 304r, cfr. Kartunnen, p. 89).

<sup>84</sup> Vide Kamieniecki, p. 181.

<sup>85</sup> De eo, quid papa de electione Bathorei censuerit, lege in commentariis eius proximi adiutoris card. Gallii (quorum particulam edidit Pastor SP IX, p. 903-904).

<sup>86</sup> Zieliński - Zelewski, p. 118.

<sup>87</sup> Litteras hoc dato praeditas edidit Lanckorońska DAM I, p. 192-193.

tislaviensis Hieronymi Rozdrażewski hospitio exceptus<sup>88</sup> - nova summi pontificis iussa expectabat, quae usque illuc indubitanter Domui Austriacae propitia erant. Secretarius et orator novi regis Poloniae, Ioannes Grzymała Zamojski, qui initio mensis Octobris a. 1576 Romam venit, a Gregorio XIII non est exceptus<sup>89</sup>; antea vero, 1 XI 1576, card. Ioannes Morone, protector Germaniae, ad comitia Imperii - in locum card. Ioannis Francisci Commendone, qui tum a rebus Poloniae omnino amotus erat - Ratisbonam missus, nuntio in Polonia Sedis Apostolicae mandatum traditurus erat, ut, "si imperator constitueret [armata manu] Poloniam ingredi, episcopus Montis Regalis eum in hac expeditione sequeretur tamquam Sedis Apostolicae nuntius eo in regno, cuius cum statum et loci adiuncta noscat, summopere ei utilis esse possit"<sup>90</sup>.

Praesentiebatur ergo bellum, cui Sedes Apostolica prout una ex partibus "in causa" interfutura esse videbatur. Sed tantam calamitatem praepedivit necopinata mors imperatoris, qui 12 X 1576 Ratisbonae de vita migravit. Papa enim hac excusatione usus est, ut suam in rebus publicis agendi rationem prorsus mutaret. Sed ne agnitio quidem Transilvani eum impedivit, quominus 21 XI 1573 episcopum Montis Regalis, cuius auctoritas in Polonia non parum imminuta erat, apud novum regem denuo nuntium nominaret<sup>91</sup>. Nihilominus rex hanc nominationem probavit et propriis litteris nuntium invitavit, ut in Poloniam rediret<sup>92</sup>. Lauro igitur 23 III 1577 Vratislavia discessit et 29 eiusdem mensis die Petricoviam pervenit, ubi tum synodus provincialis apparabatur<sup>93</sup>. Posteaquam vero exeunte mense Aprili regem ter Varaviae convenerat<sup>94</sup>, Petricoviam revertit, ut in synodo 19 V 1577 inchoata coram adesset eique ipse praeesset, in qua orationem habuit argumenta, de quibus tractaretur, describentem<sup>95</sup>. Pars, quam ipse nuntius in componendis et ferendis statutis Synodi Petricoviensis, publicam approbationem et receptionem decretorum Concilii Tridentini prae se ferentibus, habuit, clare perspicui potest in actis, quae ad aetatem usque nostram servata sunt<sup>96</sup>, et est certo maximum eius, forte unicum, in patriam nostram promeritum, etiam propterea, quod ipse primus - iam mense Martio a. 1574 - cogitationem habuit de synodo convocanda, quae tamen tunc a Sede Apostolica irrita facta erat propter metum, ne eiusmodi synodus in concilium nationale mutaretur<sup>97</sup>. Impedire tamen non potuit - quamquam contra id toto nuntiaturae

<sup>88</sup> Cfr. Czaplewski I, p. 161.

<sup>89</sup> Vide Banaszak II, p. 112.

<sup>90</sup> Card. Gallio ad Ioannem Morone, 1 IX 1576, edidit (in versione Polona) Rykaczewski I, p. 295.

<sup>91</sup> Breve credentialis edidit Theiner AE II, p. 210.

<sup>92</sup> Litterae regis non reperiuntur, scribit de eis Lauro in epistula sua ad Gallium 4 III 1577 data (AV, Nunz. Pol. 13f. 253r).

<sup>93</sup> Vide Czaplewski I, p. 179.

<sup>94</sup> Vide Lauro ad Gallium, 10 V 1577, Nunz. Pol. 13f. 303r-309v.

<sup>95</sup> Edidit Theiner AE II, p. 310-311.

<sup>96</sup> Vide BV, Vat. Lat., ms. 7124 (cfr. infra).

<sup>97</sup> Vide N. 83 et 95.

suae tempore vehementer pugnavit - ne in corpus legum Reipublicae insere-retur articulus Confoederationis Varsaviensis "de pace inter dissidentes de religione servanda"<sup>98</sup>.

Posteaquam constitutiones Synodi Petricoviensis, a Gregorio XIII confir-matae<sup>99</sup>, typis impressae<sup>100</sup> et divulgatae sunt et iussu ac decreto regis Ste-phani in tota Republica valere coeperant<sup>101</sup>, Lauro ad conclusionem venit munus suum in Polonia obeundum iam expletum et confectum esse. Nam et-iamsi rex erga eum se integre et honeste gerebat, tamen rerum praeterita-rum memoria condicionem nuntii difficilem reddebat. In litteris ad cardina-lem Gallio scriptis Lauro iterum atque iterum de affecta valetudine sua et caeli asperitate in Polonia vigente queritur<sup>102</sup>. Tandem 9 IV 1578 successor ei datus est in persona Andreae Caligari<sup>103</sup>.

Cum itaque locus, ubi nuntius regi, tum Leopoli moranti, valediceret, per litteras constitutus esset, Lauro Cracoviam se contulit, ubi 12 VII 1578 suc-cessori suo, nuntio Andreae Caligari, qui etiam in urbem regni principalem iam pervenit, officia muneris sui tradidit<sup>104</sup>. Die autem 28 VIII 1578, veste ex pellibus zibellinis confecta a rege donatus<sup>105</sup>, ex Polonia discessit et per Pragam, quo 12 IX venit, ut imperatorem Rudolfum ibi conveniret<sup>106</sup>, in dioe-cesim suam Montis Regalis profectus est<sup>107</sup>. Die festo Natalis Christi dedit litteras ad card. Carolum Borromaeum, in quibus statum religionis in Polo-nia breviter descripsit et de tota missione sua quadriennii spatio in Polonia expleta rationem reddidit<sup>108</sup>. Quae tamen missio, iudicio cardinalis Hosii, non admodum feliciter successit. Georgius Ticinius, negotiorum Polonorum Romae curator, 5 IX 1579 Martino Cromero per litteras nuntiabat: "Episco-pus Montis Regalis *non male sibi sperat de pileo rubro, auxilium ad hoc ex-spectans et ex Gallia et a Duce Sabaudiae. Cardinalis noster defunctus* [Sta-nislaus Hosius] *ante mortem suam non ita de eo censebat sicut antea, cuius rei mihi bene conscius sum, et quod Capranicam ad eum venit, id instinctu Rescii fecit*"<sup>109</sup>.

<sup>98</sup> Vide Korolko, p. 49.

<sup>99</sup> Vide breve ad aepum Uchański, 7 IV 1578 datum (reg. AV, Arm. 44, ms 23 f. 469v-470r).

<sup>100</sup> Vide *Acta et constitutiones synodi provincialis Gnesnensis provinciae anno Domini 1577 die 19 mensis Maii habitae et celebratae*, Cracoviae 1578.

<sup>101</sup> Cfr. litteras nuntii ad card. Gallium, 13 I 1578 (AV, Nunz.Pol. 14 f. 6r).

<sup>102</sup> Idem ad eundem, 11 II 1578 (AV, Nunz.Pol. 14 f. 31r-34v).

<sup>103</sup> Deperditae litterae Gallii ad nuntium nostrum, 28 XII 1577 datae, notitiam huius nominationis continentes, memorantur in catalogo commercii epistularum Vincentii Lauro in AV, Nunz.Savoia 10 f. 479r (vide infra).

<sup>104</sup> Lauro ad Gallium, 12 VII 1578 (AV, Nunz.Pol. 14 f. 166r).

<sup>105</sup> Zamoyski ad nuntium Lauro, Leopoli 12 VIII 1578 ( Sobieski AJZ I p. 248).

<sup>106</sup> Lauro ad Gallium, Pragae 27 XI 1578 (AV, Nunz.Pol. 12 f. 149r-150v).

<sup>107</sup> In litteris Georgii Ticinii ad M. Cromerum, Roma 9 XII 1578 datis, legitur: "Litteras tuas misi in Sabaudiam Episcopo Montis Regalis, bo prosto do Biskūpstwa szwoyego, w Rzimy nyebiwayancz, ye-chal" (Axe, p. 144).

<sup>108</sup> Lauro ad card. Carolum Borromaeum ex Monte Regali, 25 XII 1578 (or. Milano, Biblioteca Am-brosiana, ms. F. 93, inf. f. 470).

<sup>109</sup> Axe, p. 149.

Mense Septembris a. 1580, post mortem ducis Sabaudiae Emmanuelis Filiberti, munus nuntii pontificii in Sabaudia rursus episcopo Montis Regalis commissum est<sup>110</sup>, qui etiam cum amico suo Hieronymo Rozdrażewski, ab a. 1581 episcopo Vladislaviensi, epistularum commercium habuit<sup>111</sup>. A. 1582 coetui virorum cooptatus est, qui moderante card. Gulielmo Sirleto reformationem Gregorianam calendarii apparabant<sup>112</sup>. In consistorio autem 12 XII 1583 celebrato Vincentius Lauro cardinalis est nominatus<sup>113</sup>. Post inopinatam et insperatam mortem regis Stephani Báthory, quae mense Decembri a. 1586 eum oppressit, Romae captum est consilium, ut card. Lauro, rerum Polonicarum et rationum Sedis Apostolicae gnarus, legatus pontificius in Poloniam mitteretur, ut novae regis electioni a. 1587 ibi celebrandae (in qua iterum duo reges, Sigismundus Vasa et archidux Maximilianus, simul electi sunt), interesset<sup>114</sup>. Lauro tamen in Poloniam missus non est. Inde ab a. 1585, prout cardinalis, fixum domicilium Romae habuit, ubi 16 XII 1592 de vita decessit<sup>115</sup> et in crypta basilicae Romanae sancti Clementis, quod templum eius titolare erat, sepultus est opera et expensis Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium, quibus omnia bona sua hereditate reliquit<sup>116</sup>. In pavimento eiusdem templi partim deletae adhuc tempore nostro legi possunt insculptae litterae:

D. O. M.  
 HIC IACET VINCENTIUS  
 LAUREUS  
 T[I]T[ULI] + S + CLEMEN[TIS]  
 S+R+E+ CAR[DINALIS]  
 MONTIS REGALIS  
 NUNCUPAT[US]  
 + OBIIT SEX[TO] KAL[ENDAS] IAN[UARII]  
 MDXCII<sup>117</sup>.  
 RELIGIO MINISTRANTIUM INFIRMIS  
 HAERES OPT[IME] DE SE  
 MERENTI EX TESTAM[ENTO] P[OSUIT]<sup>118</sup>

<sup>110</sup> Vide Parisi VII, p. 107-119.

<sup>111</sup> Vide ternas litteras ex Volborio ad Vincentium Lauro missas, Czaplewski I, p. 147 et 207.

<sup>112</sup> Parisi X, p. 44-46. Cfr. H. Rutkowski, *Gregoriańska reforma kalendarza* [Reformatio calendarii Gregoriana], in: *Kultura polska a kultura europejska*, Warszawa 1987, p. 122-130.

<sup>113</sup> Pastor SP IX, p. 167.

<sup>114</sup> Cfr. Nanke, p. 6-7.

<sup>115</sup> Vide Tritonius, p. 85 et Parisi X, p. 61 (hic nixus relatione oratoris Sabaudi Romae residentis, Muti, 21 XII 1592 scripta).

<sup>116</sup> Tritonius, p. 82-83: Vanti, p. 140-141.

<sup>117</sup> Hoc datum vel diem exsequiarum indicat, vel lapidis confector post numerum ordinalem "sexto" omisit numerum "decimo". Haec inscriptio nil aliud est quam amplificata forma supremi tituli, quem ipse Lauro sibi composuerat (v. Tritonius, p. 83).

<sup>118</sup> Lapis sepulcralis bene conservatus est. Subter deest sepulcrum, quod deletum esse videtur, cum a. 1857 subterranea basilicae repararentur.

## 2. De scriptis ad nuntiaturam Vincentii Lauro pertinentibus.

Epistulae et acta nuntiaturae Polonae Vincentii Lauro maximam partem in **Archivo Vaticano** ad dies usque nostros asservata sunt, et quidem non solum in **collectionibus secretariatus pontificii**, in quem originales litterae nuntii perveniebant, et ex quo epistulae et instructiones Sedis Apostolicae, Romae in minutis servatae (in futuro enim Secretariatu Status epistulae expediendae tunc nondum in specialem librum registorum referri solebant) ad nuntium mittebantur, sed etiam in collectionibus, ex privato tabulario ipsius Lauro in Vaticanum translatis, continentibus originales epistulas card. Tholomaei Gallio ad nuntium missas et responsorum nuntii registra in cancellaria eius confecta (hic enim minutae desunt).

Primo generi adnumeranda sunt: 1) quinque bene asservata, membrana alba vestita volumina, quae epistulas originales, litteras notis arcanis ("in cifra") exaratas et litteras "decifratas" nuntii ad cardinalem T. Gallio datas, continent. Omnia haec scripta magna ex parte servato temporis ordine disposita et secundum annos divisa sunt. Inter ea inveniuntur etiam exempla litterarum et documentorum in cancellaria nuntii confecta, quae deinde Romam informationis causa mittebantur (quorum curiosiora in Appendicibus publicantur). Interdum autem una cum eis servantur etiam scripta originalia extraneorum, quae a card. Gallio, vel quodam eius adiutore, cui munus incumberebat litteras publicas colligendi et ordinandi, efficacioris demonstrationis argumentorum tractandorum causa, litteris ad nuntium destinatis adiungebantur. Tali modo, exempli gratia, ad dies nostros servatae sunt, hucusque ignotae, originales litterae Stephani Báthory ad Gregorium XIII 14 IX 1574 datae, postea litteris nuntii 18 IX 1574 scriptis adiunctae, in quibus palatinus Transilvaniae tamquam regni Poloniae candidatus primum nominatur. Testimonium eius fidelitatis erga Sedem Apostolicam, comparatum cum consilio sultani Turcarum, ut Stephanus rex Poloniae eligeretur, magni hic momenti esse videtur, nam intellegere nos adiuvat rationes, cur Gregorius XIII - per longum adhuc post illam electionem tempus - Transilvano tam fortiter refragatus sit. Quam ob rem adducti sumus, ut hanc epistolam in appendice publicaremus<sup>119</sup>.

Primum ex voluminibus, de quibus hic sermo est, complectens litteras tam Vincentii Lauro quam legati extraordinarii Seraphini Olivier, ex eorum missione autumnus a. 1573 in Gallia peracta, servatur in collectione **Nunziatura di Francia, ms. 6**. Epistulae "nostrorum" nuntiorum - a f. 377 ad 508 - servato temporis ordine, alternatim cum litteris nuntii in Gallia, Antonii Mariae Salviati, ibi disposita sunt. Reliqua 4 volumina in collectione **Nunziatura di Polonia** custodiuntur: **ms. 7** comprehendens annum 1574, in prima parte (usque ad f. 23v) continet solas epistulas "Polonas" Antonii Mariae

<sup>119</sup> Vide A. 23 et imaginem photographicam in p. 344 collocatam.

Graziani, in parte altera includuntur tantum litterae Vincentii Lauro et scripta eis annexa, inde a die 5 II usque ad 20 XII 1574 data; **ms. 8** in 521 foliis continet solum epistulas nuntii nostri a. 1575 missas (a 7 I ad 28 XII); **ms. 13** in 483 foliis habet epistulas duos annos complectentes (a 16 I 1576 ad 22 XII 1577); denique prima pars **ms. 14** (usque ad f. 179) continet epistulas ad conclusionem muneris Vincentii Lauro in Polonia pertinentes, a 21 I 1578, et epistulas ad card. Gallium iam ex Italia scriptas, cum litteris successoris, Andreae Caligari, commixtas.

2) Praeterea ad corpus fontium ex secretariatu pontificio provenientium adnumeranda sunt duo manuscripta parallela, minutae epistularum card. Gallii ad nuntios in Sabaudia et Polonia a. 1572-1578 datarum continentia. Concepta epistularum ad Vincentium Lauro a 30 VI 1572 ad 19 X 1573 scriptarum, inter quas 14 epistularum ad res Polonas pertinentium, saepe a cardinali manu propria correctarum, occupant primam partem manuscripti Vaticani **Nunziatura di Savoia nr. 225** (f. 4r-108v). Concepta autem epistularum ad totam nuntiaturam Polonam spectantium, id est spatium temporis a 2 I 1574 ad 23 IV 1578 complectentium, continentur in manuscripto **Nunziatura di Polonia nr. 172** (f. 121r-304v), quod praeterea continet epistulas card. Gallii ad Vincentium Dal Portico, Antonium Mariam Graziani et card. Ioannem Franciscum Commendone, praedecessores Vincentii Lauro in nuntiatura Polona (epistulae a 24 V 1572 datae), et eius ad successorem Ioannem Andream Caligari (epistulae usque ad 27 XII 1578). Notandum est solum in hoc "minutario" - propter dispersionem et amissionem privati tabularii Antonii Mariae Graziani olim Tiferni existentis - conservata sunt documenta, ad cogitatam missionem extraordinariam eiusdem Graziani a 12 ad 19 VI 1574 obeundum spectantia<sup>120</sup>. Conceptum instructionis Vincentio Lauro 19 VI 1574 datae (ad documenta Graziani parallelae) servatur in alio minutarium Gallii in **Miscellaneis Armariis II, ms. 130**, continente collecta concepta instructionum ad usum nuntiorum, i.a. etiam Caligari, Bolognetti et Possevini<sup>121</sup>, paratarum.

3) Ex simili loco provenit **ms. 31, in Armario 52** depositum, continens "ordini per speditioni di brevi", id est breves significationes (saepe autographas), a card. Tholomaeo Gallio secretario brevium Antonio Boccapaduli a. 1573-1579 datas, quibus nixus brevia pontificia componebat. Praeter alia scripta, legi hic possunt curiosae opiniones de nonnullis proceribus a. 1574 in vita publica Polonorum eminentibus, quas ex toto hic publicamus in A. 15. Parata autem brevia, annos 1573-1574 complectentia, a Boccapadulio composita et (ex conceptis) in librum registorum pontificii Secretariatus Brevium relata, servantur in **Armario 44 ms. 22 et 23**. Scripta haec pertinent non solum ad nuntiaturam Polonam Vincentii Lauro (diploma nominationis, litterae credentiales), sed etiam omnia negotia, quibus - per litteras suas -

<sup>120</sup> Vide A. 12-14.

<sup>121</sup> Instructio Vincentio Lauro data legitur in f. 33r-37v, vide N. 116.

coram interesse ipsi papae opportunum videbatur. Extra hoc duobus voluminibus constans copiarium, non manserunt nisi brevia facultatum, nuntio a Gregorio XIII concessarum, quae - quia per Datariam Apostolicam expediebantur - in collectionem Boccapadulii non sunt relata. Nihilominus - quod mirum videtur - solum registrum bullae facultatum generalium servatum est in serie principali Secretariatus Brevium (**Sec. Brev.**) in ms. 78<sup>122</sup>, concepta autem brevium facultatum particularium repertae sunt (etiam hic non nisi illae) in collectione generali, concepta brevium pontificiorum continente, in **Armario 39, ms. 66**<sup>123</sup>.

Epistulae et acta, ex **tabulario privato Vincentii Lauro** provenientia, non forte fortuna in Archivo Vaticano deposita sunt. Ut scimus, post mortem Gregorii XIII, quae a. 1585 supervenit, Lauro ex Monte Regali Romam demigravit, ubi 17 XII 1592 extremum vitae spiritum edidit, in complexu s. Camilli de Lellis, fundatoris Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, qui "con un amore del quale può essere capace solo il cuore di un santo, haveva vegliato et assistito in tutti i bisogni dello spirito e del corpo l'illustre infermo"<sup>124</sup>. In testamento, quod post eius mortem apertum est, principales heredes suos religiosos s. Camilli nominavit, ipsum vero Camillum executorem ultimae voluntatis suae fecit. Tritonius, qui hoc testamentum accuratius examinat, non meminit, cui legatum sit tabularium olim in Polonia nuntii (nam bibliothecam eius accepit Collegium Romanum, neptis autem ex sorore Vincentii, Catharina, non nisi bona immobilia, post Marcum fratrem Vincentii olim hereditata, obtinuit)<sup>125</sup>. Videtur ergo tabularium ad ipsum s. Camillum transisse, quod verisimiliter accepit una cum residua parte bonorum mobilium et summa 20 millium scutorum in praesenti pecunia, ad solutionem debitorum pro recenter coempta domo in usum ordinis Camillianorum simul cum ecclesia sanctae Magdalenae contractorum<sup>126</sup>. Haec coniectura eo confirmari videtur, quod a. 1926 Camilliani Romani Bibliothecae Vaticanae tradiderunt librum registorum, ex hoc tabulario profectum<sup>127</sup>.

Probabiliter propter litem, quam fundatori Camillianorum coram Romana Rota instituit supramemorata neptis Vincentii de hereditate post patrum relicta, quae lis 23 III 1593 sententia in favorem Ordinis lata conclusa

<sup>122</sup> Vide N. 50.

<sup>123</sup> Vide N. 51-52.

<sup>124</sup> Parisi X, p. 60-61. Lauro, qui casu fortuito in s. Camillum incidit ante portam palatii principis Muti, in quo habitabat, ad viam Ara Coeli non procul ab ecclesia Polona s. Stanislai, magna admiratione in eum exarsit et multum profuit, ut ordo ab illo conditus a Sixto V 18 III 1586 confirmaretur; Lauro fuit etiam primus novi ordinis cardinalis protector, vide Vanti, p. 104-111.

<sup>125</sup> Tritonius, p. 82-83, cfr. ibidem, p. 3.

<sup>126</sup> De magnitudine summae a Camillo acceptae et a Lauro distributae vide Michele Amici, *Memorie storiche intorno a S. Camillo de Lellis, fondatore dei Clerici Regolari Ministri degl'Infermi, nonché alla chiesa e casa di S. Maddalena dello stesso ordine in Roma*, Roma 1913, p. 219-223.

<sup>127</sup> Vide infra.

est<sup>128</sup>, in Vaticano nunc servatur "una saccoccia verde di varie lettere pubbliche, che furono del Cardinale Mondevi in diverse Nuntiature". Non est dubium, quin insolitus hic sacculus Archivo Vaticano a Camillianis traditus sit. Die 22 VII 1593 factum est accuratum inventarium omnium documentorum, quae in eo continebantur. Quod inventarium asservatum est in sectione **Nunziatura di Savoia, ms. 10**, in f. 459r-490r. In sacculo inveniebantur 15 fasciculi, continentes epistulas originales cardinalium Michaelis Bonelli, Hieronymi Rusticucci et Tholomaei Gallio, ad Vincentium Lauro datas, tempore eius nuntiaturarum: Scoticae a. 1566/7 (fasc. 1), Sabaudae a. 1569-1572 (fasc. 2-5), Polonae a. 1574-1577 (fasc. 6-8) et iterum Sabaudae a. 1580-1585 (fasc. 10-14). Fasciculus 9 continebat commercium epistularum Sancti Officii cum Vincentio Lauro tempore eius primae nuntiaturae Sabaudae, a. 1569-1571, habitum. Quid continuisset ultimus (quintus decimus) fasciculus, indicatum non est. Certum est tamen in eo fuisse illa documenta "Polona" Vincentii Lauro, quae postea cum nominatis in inventario scriptis "Sabaudis" simul conglutinata sunt (vide infra).

Facto inventario, a. 1593 omnia scripta, quae in viridi sacculo continebantur, in tabulario Arcis S. Angeli deposita et in duobus voluminibus conglutinata sunt. Ambo nunc servantur in Tabulario Vaticano. A. 1731 a tabularii praefecto Petro De Pretis ex Arce (ambo praedita sunt titulo "Di Castello") translata sunt in sectionem tunc creatam, nuncupatam "Lettere della Segreteria di Stato", in qua inter collectiones nuntiaturarum Polonae et Sabaudae divisa sunt<sup>129</sup>. Volumen, in quo - paucis exceptionibus admissis - collocati sunt veteres fasciculi 1-8, continentes litteras publicas ad episcopum Montis Regalis ex Urbe scriptas ("Lettere pubbliche scritte al Vescovo di Mondevi da Roma") tempore eius nuntiaturae Scoticae, primae Sabaudae et Polonae paene integrae in sectionem **Nunziatura di Polonia (ms. 171)** insertum est. In eius parte secunda (a f. 382 ad 670) inveniuntur originales epistulae Gallii ad Vincentium Lauro datae, inde a 29 VI 1573 ad 23 XII 1577 ei tamquam nuntio in Polonia inscriptae. Desiderantur - in repertorio anni 1593 prout ultimae nominatae - litterae Gallii ad nuntium 28 XII 1577 datae, nuntiantes successorem eius in Polonia Ioannem Andream Caligari designatum esse<sup>130</sup>, nam adhuc eo tempore periisse videntur, quo manuscriptum conglutinabatur.

Alterum ex conglutinatis voluminibus, priores fasciculos 9-15 comprehendens, sectioni **Nunziatura di Savoia**, prout **ms. 10**, adiunctum est. Post commercium epistularum utriusque nuntiaturae Sabaudae<sup>131</sup>, sub finem (f. 421-426) asservata sunt aliquot ampla scripta ad partem finalem nuntiaturae.

<sup>128</sup> Vide Amici, ut supra, p. 221.

<sup>129</sup> Vide inventarium Petri De Pretis, *Lettere della Segreteria di Stato* (AV, Indice 134) f. 2r, 55v, 121r.

<sup>130</sup> Vide AV, Nunz. Savoia 10 f. 479v.

<sup>131</sup> Per errorem illi insertae sunt in f. 191r et 206r duae epistulae Gallii ad Laureum in Poloniam, 29 I et 12 III 1575 datae.

rae Vincentii Lauro pertinentia, inter alia originalis protestatio, 17 II 1578 a nuntio facta, occasione invitationis ad sollemnem renovationem feudalis homagii ab Alberto Friderico in Prussia duce regi Stephano Báthory praestandi<sup>132</sup>.

Eodem procul dubio tempore et eisdem rerum adiunctis in Tabularium Vaticanum tradita est a s. Camillo de Lellis tabularii Vincentii Lauro pars pretiosissima - scil. libri registorum epistularum eius propriarum, ad cardinales Bonelli, Rusticucci et Gallium datarum, spatium temporis complectentium, quo utramque nuntiaturam suam explebat, Sabaudam et Polonam. Nam praeterquam quod permittunt nobis supplere illas epistulas nuntii nostri, quae perierunt, et invicem conferre eas, quae ad dies nostros servatae sunt, ac denique corrigere et emendare eas epistularum notis arcanis scriptarum partes, quae a legentibus et explicantibus "cifras" minus accurate vel erronee lectae et enodatae erant<sup>133</sup>, continent etiam non exiguam partem magni momenti commercii litterarum nuntii cum aliis personis, quod ipse consultum putabat ad Curiam Romanam tradere<sup>134</sup>. Ad Poloniam spectant 4 manuscripta hodie in Tabulario Vaticano servata: **Nunziatura di Savoia ms. 3** et **Nunziatura di Polonia mss. 10-12**. Accurate diligenterque ex originalibus transcripta adhuc ante expeditionem<sup>135</sup> in voluminibus "in parvo folio", iam in cancellaria nuntii membrana alba conglutinata, una cum collectionibus supramemoratarum epistularum originalium in Arce S. Angeli deposita (vetus signatura: "Di Castello") et a. 1731 simul cum illis a Petro De Pretis ad collectiones Secretariatus Status in Archivo Vaticano translatae sunt<sup>136</sup>. Manuscriptum Nunziatura di Savoia 3, in inventario Petri De Pretis in parte "Savoia e Polonia" collocatum, in 55 foliis continet registra epistularum nuntii, spatium temporis a 23 V 1572 ad 12 III 1574 comprehendentium. Epistulae de rebus Poloniae tractantes, initio cum litteris ex nunziatura Sabauda missis commixtae, inde a f. 32r non nisi ad negotia Polona spectant. Earum continuationem efficiunt registra, quae in sectionem Nunziatura di Polonia inserta, in charta minore exarata et melius asservata, iam in Tabulario Arcis unum corpus ("Polonia", vol. 1-3) existimabantur. Volumen primum in 185 foliis continet "Lettere del Vescovo di Mondevi deli

<sup>132</sup> Vide AV, Nunz.Savoia 10 f. 423r-427r, originale in cancellaria nuntii asservatum. Aliud originale exemplum huius scripti Lauro Romam misit (vide Nunz. Pol. 14 f. 37r-40v.)

<sup>133</sup> Vide ex. gr. N. 132, 137, 160.

<sup>134</sup> Tale est ex.gr. litterarum commercium Vincentii Lauro cum nuntio Vindobonensi Ioanne Dolfin habitum de archiduce Ernesto autumnus a. 1574 regni Poloniae candidato, in uno eodemque annexo ad litteras Gallio 8 XII 1574 datas et ex integro asservatum non nisi in registro AV, Nunz.Pol. 10 f. 70v-75v.

<sup>135</sup> Quod facile demonstrari potest, si registra cum originalibus conferamus. Ex.gr. litterae 27 VIII 1572 datae, in originali adnotationem nuntii manu propria factam habentes, quae iam postquam litterae a scriba concinnatae erant adiuncta est (AV, Nunz.Savoia 4 f. 33r), in librum registorum una cum hac adnotatione relatae sunt prout "Poscritta di mano propria" (AV, Nunz.Savoia 3 f. 9r), cfr. N. 6.

<sup>136</sup> Continentur in inventario Petri De Pretis, sed iam sub nova hodie vigente signatura (vide AV, Indice 134 f. 51r).

XXVII di Marzo MDLXXIII insino ali XXII Settembre MDLXXV"<sup>137</sup>, secundum in 192 foliis continuat registra epistularum a 10 X 1575 ad 26 II 1577 datarum, quorum pars finalis legitur in volumine tertio et tempus a 4 III 1577 ad 3 II 1579 complectitur (reliqua folia, usque ad f. 235 numerata, manent vacua).

Fontes, nunc in Tabulario Vaticano servati, qui in cancellaria Vincentii Lauro tempore eius nuntiaturae Polonae creati erant, manuscripto **Nuntiatura di Polonia nr. 396** supplentur. Quod manuscriptum nil aliud est quam novus liber registorum, eiusdem magnitudinis et similiter conglutinatus ac Sabaudus, qui tamen neque in inventario a. 1593 confecto, neque in indice Petri De Pretis a. 1731 composito nominatur. In schedula, ad primam paginam internam involucri agglutinata, Angelus Mercati, Tabularii Vaticani praefectus a. 1925-1955, graphide annotat hoc manuscriptum dicto tabulario traditum esse mense Iunio a. 1926 "dalla Biblioteca Vaticana, alla quale era pervenuto dai Padri della Maddalena in Roma". Quae annotatio demonstrat saltem hoc manuscriptum post mortem nuntii ex privato eius tabulario ad s. Camillum de Lellis et eius religiosos transisse, qui domum suam principalem Romae prope ecclesiam s. Magdalenae ad Pantheum habebant. In dicto manuscripto, in toto ex 140 chartis "in folio" constante, in f. 1-114 continetur "Liber primus registri eorum, quae Rev.mus in Christo Pater et Dominus D.nus Vincentius Laureus, Epus Montisregalis, Ss.mi D.ni Nostri Gregorii Papae XIII et Sanctae Sedis Apostolicae ad Ser.mum Principem Henricum, Poloniae Regem, cum potestate legati de latere Nuncius, in vim facultatum, ab eodem Ss.mo Domino Nostro sibi attributarum atque hic primo loco descriptarum, quomodolibet concessit" a 27 II 1574 ad 13 VI 1576. Liber secundus, simili titulo (mutatis mutandis) instructus, in f. 119-133 continet registra documentorum, regnante Stephano Báthory a 2 XII 1577 ad 19 VI 1578 editorum. In parte finali (f. 136-140) leguntur - alia manu transcripta - 3 documenta a. 1582, cum Lauro iterum munere nuntii in Sabaudia fungeretur, conscripta. Ambo libri "Poloni", pluribus manibus diversis accuratissime exarati, exhibent vestigia collationis singulorum scriptorum, a cancellario nuntiaturae Iosepho Monacho factae, cuius nominis subscriptio in primo libro legitur sub unoquoque documento, iuxta subscriptiones (non autographas) nuntii et eius secretarii Horatii Andreucci. In libro autem secundo tantum subscriptiones secretarii Aurelii Maximiliani Varrone, eadem manu ac reliquus textus exaratae, conspici possunt. Manuscriptum continet solum registra concessionis gratiarum et monitoria ac commissiones causarum contradictarum, "omnino gratis" editas.

Similem huic manuscripto librum registorum, in quem "acta contentiosa" tribunalis nuntiaturae referebantur (in his autem procul dubio occurrebat nomen auditoris nuntii, Bernardini Belletrutti), in archivio nuntiaturae

<sup>137</sup> Titulus manuscripti, litteris maiusculis in involucre exaratus.

Varsaviensis a. 1772-1776 in manu habuit nuntius Iosephus Garampi<sup>138</sup>. Liber hic, a Lauro haud dubie eam ob causam Varsaviae relictus, ut successoribus suis expeditionem negotiorum nondum ad finem deductorum ("affari pendenti") faciliorem redderet, verisimiliter a. 1796, cum tempore Laurentii Litta nuntiatura Varsaviensis sublata esset, deperiit, nam in catalogis collectionum nuntiaturae, antequam a. 1944 a Germanis igne deletae sunt, nulla illius mentio occurrit<sup>139</sup>.

Praeter has principales collectiones - secretariatus pontificii et nuntii - se invicem optime supplentes, non multa scripta, ad nuntiaturam Polonam Vincentii Lauro attinentia, tam in Archivo Vaticano quam extra illud reperiri potuerunt. Pretiosissimum procul dubio repertum efficiunt aliquot eius epistulae originales (quarum nunnulae manu propria scriptae), Vratislavia ad legatum pontificium ad comitia Imperii Ratisbonae celebrata missum, card. Ioannem Morone, a mense Iunio usque ad Octobrem a. 1576 datae, id est tempore, quo salus et fortuna regni Poloniae et ipsius nuntii agebatur. Maior earum pars, simul cum scriptis annexis, nunc continetur in uno ex voluminibus hodie dispersi privati tabularii card. Ioannis Morone, in **AV, Concilio di Trento, ms. 71**, f. 40-67 (annexa) et 69-138 (epistulae, inter quas habetur perlonga epistula notis arcanis exarata, hucusque non "decifrata", 9 VIII 1576 scripta)<sup>140</sup>. Singulae epistulae in similibus tomis collocatae sunt, qui nunc in Bibliotheca Vaticana, cod. **Vaticani Latini 6405-6406 et 6413-6414**, servantur.

Non est ergo mirandum, cur Miroslaus Korolko in collectionibus commercii epistularum familiae imperialis Tabularii Vindobonensis (**Haus-, Hof- und Staatsarchiv**) in sectione Polen, in manuscriptis 24, 27-28, 31-33, invenire non potuerit nisi 8 epistulas Vincentii Lauro ad imperatorem Maximilianum II datas (necnon eis adiunctas singulas epistulas ad Albertum Łaski et episcopum Vratislaviensem Martinum Gerstmann), et quidem solum annos 1575-1576 comprehendentes. Summum enim studium et diligentia, quam Lauro in electione Polona, secundum mandata Roma accepta, in fovendo et adiuvando candidato Austriaco adhibuit, imprimis per publicos Sedis Apostolicae mandatarios penes imperatorem fructum aliquem ferre poterat. Inde ergo provenit amplum litterarum commercium nuntii nostri cum cardinali legato Ioanne Morone (in collectionibus eius asservatum) et cum nuntio pontificio Vindobonae Ioanne Dolfin, cuius quidem tabularium repertum non est<sup>141</sup>, sed totum fere litterarum commercium inter illum et nuntium in Polonia habitum in exemplaribus asservatum habemus, quae Lauro epistu-

<sup>138</sup> Vide eius adnotationem, in separata schedula exaratam, in AV, Fondo Garampi, ms. 23 f. 74ar.

<sup>139</sup> Vide *Libri actorum nuntiorum apostolicorum in Polonia*, in: [Felix Ioannes Bentkowski], *Manuscriptorum quae in Chartophylacio Maximo Varsaviensi asservantur tabulae analiticae*, T. I, Varsaviae 1912, p. 116; cfr. Wojtyska ANP I, p. 27-28.

<sup>140</sup> Ultimae autem litterae nuntii Romam missae exhibent diem 10 V 1577 (vide f. 137r-138v).

<sup>141</sup> Vide Bues NBD III/7, p. XI.

lis suis ad card. Gallium datis annexa Romam mittere solebat, et in libris registorum cancellariae eius, de quibus diximus supra.

Ad cognoscenda Vincentii Lauro merita de castiganda reformatione anti-catholica in Polonia non parvi sane sunt momenti 13 epistulae nuntii ad praepositum generalem Societatis Iesu, Everardum Mercurianum, et alios a. 1574-1578 datae, in **Archivo Romano Societatis Iesu** servatae in sectionibus: Epistolae Externorum, ms. 12 et 13 (epistulae originales ad Mercurianum, litteris aliorum auctorum, servato tamen temporis ordine, intermixtae) et Opera Nostrorum, ms. 328, in quibus - tamquam annexa ad originale litterarum commercium Antonii Possevini SJ - collocata sunt 2 exempla litterarum eiusdem Lauro ad praepositum provincialem Societatis in Polonia, Franciscum Sunyer, a. 1577 et ad reginam Suetiae Catharinam a. 1578 datarum<sup>142</sup>.

Similem indolem exhibent exempla 4 epistularum de rebus Suetiae a. 1574-1575 scriptarum, quae in simili volumine epistularum Possevini in **AV, Nunziatura di Germania, ms. 95** continentur<sup>143</sup>.

Mirum autem videtur, quod epistulae Vincentii Lauro fere omnino desunt in copiosissima collectione, 30 milia originalium litterarum continente, ad principem reformationis Tridentinae, card. Carolum Borromaeum, datarum, quae in sectione "F inferiore" (ms. 36-175) **Bibliothecae Ambrosianae** Mediolanensis, ab aliquot annis propter diutinam aedium bibliothecae reparationem aditu difficilis, asservantur. In ampla collectione epistularum episcopi Montis Regalis, annos nuntiaturam eius Poloniam praecedentes et subsequentes complectentium, ut iam ante annos aliquot observatum est, praeter duas epistulas a nuntio ante profectionem in Poloniam scriptas<sup>144</sup>, inter litteras 10 III 1574 Cracovia datas (F. 87 inf., f. 171) et epistolam post reditum in Montem Regalem 15 XII 1578 scriptam una cum brevi relatione de synodo Petricoviensi (F. 93 inf., f. 470), nihil omnino, quod ad Poloniam spectet, inveniri potest.

Ad cognoscendam et recte aestimandam operam, quam Vincentius Lauro impendit in ferendis statutis praedictae synodi provinciae ecclesiasticae Gnesnensis, diebus 19-27 V 1577 ipso praesidente Petricoviae celebratae, maximi certo est momenti volumen actorum, epistularum et adnotationum iuridicarum, ad eandem synodum spectantium, quod in **Bibliotheca Vaticana**, prout codex **Vaticanus Latinus 7124**, servatur. In principio hoc volumen partem efficiebat collectionum Congregationis Concilii (quod testatur signatura "Sess. 24, c. 2" in dorso exarata, indicans ordinem, quo expediebantur et ordinabantur acta secundum singula Concilii Tridentini decreta), cuius erat reformationem Tridentinam in Ecclesia Romana stimulare et in-

<sup>142</sup> ARSI, Opp. NN, ms. 328 f. 22r-v, 44r-45r, 60r-v, 66r.

<sup>143</sup> Agitur de litteris nuntii ad regem Ioannem III et eius oratorem in Polonia Andream Lorichs (f. 279r-v, 285r-v) et litteris eiusdem Lorichs ac reginae Catharinae ad nuntium datis (f. 278r-v, 286r).

<sup>144</sup> Cfr. N. 10 et 12.

vigilare, ut decreta Concilii sine mora inducerentur. Eius etiam erat decreta synodorum dioecesanarum et provincialium, antequam publicarentur, confirmare et rata facere. Ignoratur, quomodo hoc manuscriptum in Bibliotheca Vaticana collocatum sit. Res Polonicae occupant in eo prima 135 folia, in quibus nomen nuntii nostri frequenter occurrit.

Commercium epistularum Vincentii Lauro cum Polonis solum in reliquiis asservatum est. Cum tabularium regni, ad aetatem Henrici Valesii et Stephani Báthory quod attinet, deletum sit et registra ac litterarum commercium Vincentii Lauro cum eisdem regibus et eorum cancellariis habitum perierint, non parvi etiam momenti sunt exempla 12 epistularum nuntii, ad alterum ex his regibus et ad eius cancellarios datarum, et ipsorum responsa, ad restitutionem et actionem nuntiaturae a. 1577-1578 attinentia, quae in **AV, Nunziatura di Polonia, ms. 27A**, vera "silva rerum Polonicarum" ad annos 1572-1591 spectans, servantur (f. 336-342), verisimiliter tempore nuntiaturae Hannibalis de Capua (1586-1591) in Curia Romana collecta. Manuscriptum hoc, brevi tempore post a. 1731, in sectione Nunziatura di Polonia collocatum est<sup>145</sup>. Eis similia sunt exempla 7 epistularum, a. 1575-1577 ad varios regni magistratus datarum, quae in **AV, Fondo Borghese III, ms. 9c**, in foliis inter 71 et 175, servantur. Collectio haec tempore nuntiaturae Germanici Malaspina (1592-1598) apparata esse videtur.

Illi, quibuscum Lauro, cum munere nuntii pontificii in Polonia fungeretur, creberrimum litterarum commercium habuit, fuerunt card. Stanislaus Hosius, tunc Romae commorans, et episcopus Vladislaviensis Stanislaus Karnkowski. In collectionibus conceptorum (minutarum) post Hosium relictorum, quae in **Bibliotheca Jagellonica** Cracoviae custodiuntur (in quibus sunt manuscripta pluribus fasciculis constantia 61 et 160 ac simplicia 161 et 162), et in copiario, a secretario Hosii Stanislao Rescio confecto, qui de futura scriptorum eius publicatione cogitabat (ms. 164), servatae sunt fere omnes episcopi Varmiensis epistolae ad Vincentium Lauro datae (numero 25). Ad dies tamen nostros non pervenerunt responsa nuntii, quae dubio procul - similiter ac alia scripta - diligenter ac festinanter ab Hosio colligebantur et retinebantur. Quod ne una quidem ex huiusmodi epistulis reperiat in asservatis collectionibus Cracoviensibus et Sueticis, coniecturam nobis facere permittit eas, in uno fasciculo simul collectas, in incursione Suecorum, anno 1626 in Varmiam facta, periisse.

Fere ex toto autem ad aetatem usque nostram pervenit epistularum commercium, quod nuntio nostro cum Stanislao Karnkowski erat, et quidem propterea, quod ipse episcopus Vladislaviensis curavit, ut una cum aliis epistulis typis imprimeretur et divulgaretur, in libro, cui *Epistolae illustrium virorum* inscriptum est<sup>146</sup>. Opus hoc tribus libris constat. In primo et altero

<sup>145</sup> In indice De Pretis post ms. 27 prout "A", sed eadem manu, adscriptum (cfr. Indice 134 f. 51v).

<sup>146</sup> Ed. Cracoviae a. 1578 (vide Bibliographiam). Usi sumus vetere editione typis impressa, quae in Bibliotheca Nationali Varsaviae custoditur, sub sign. XVI. QU. 582.

publicantur 13 epistolae nuntii ad episcopum a. 1574-1577 datae, in tertio autem 10 responsa, haud dubie ex conceptis ad dies nostros non servatis descripta, nam unum tantum ex eis habet diem, mensem et annum, quo scriptum erat<sup>147</sup>. Fundamentum illius editionis fuit copiarium Stanislai Karnkowski, cuius in **Bibliotheca Czartorysciana** Cracoviae primus tantum liber asservatus est (ms. 311; epistolae Vincentii Lauro inveniuntur in f. 44r-49r).

Ex ceteris Polonis, cum quibus nuntius litterarum commercium habuit, imprimis nominandus est episcopus coadiutor Varmiensis, Martinus Cromerus, et eius capitulum. Ex 9 feliciter repertis epistulis nuntii ad illum episcopum scriptis, 4 continentur singillatim in manuscriptis 1617 et 1620 iam memoratae Bibliothecae Czartoryscianae Cracoviae, in ms. 24 bibliothecae oppidi Linkoping in Suetia (**Lands- och Stiftsbibliotheket**)<sup>148</sup> et in Secreto Tabulario Status Berolini (**Geheimes Staatsarchiv**)<sup>149</sup>. Reliquae 5 epistolae ad Cromerum et 3 ad capitulum Varmiense datae, quae in **Tabulario Archidioeceseos Varmiensis** Olstini custodiuntur (ad episcopum spectant mss. D 31, 34 et 71, ad capitulum mss. Ak, Ab), tractant de supramemorata controversia, inter episcopum et canonicos intercedente, et de processu coram tribunali nuntiaturae diebus a 28 III ad 31 VIII 1575 celebrato, cuius acta in eodem tabulario asservata sunt (AAWO, Ak, Varia 15 f. 156r-163v)<sup>150</sup>.

Exploratio, a professore Korolko in tabulariis aliarum dioecesium et capitulorum Polonorum, praesertim Cracoviensis et Gnesnensis, peracta, nullum, proh dolor, attulit fructum, quod eo magis mirandum videtur, quod aliunde constat nuntio nostro cum illis capitulis commercium litterarum intercessisse<sup>151</sup>.

In investigandam historiam nuntiaturae Vincentii Lauro et examinandum eius litterarum commercium viri docti satis mature incumbere coeperunt. Cum a. 1772-1778 nuntius Varsaviensis Iosephus Garampi primam omnino nuntiaturae eius historiam scribere constituisset, facultatem habuit non solum publicati eius epistularum commercii cum Hosio, a. 1584 a Rescio typis editi, et cum Carncovio, quod a. 1713 Lipsiae ex editione Cracoviensi a. 1578 iterum publicatum est<sup>152</sup> (non patuit ei in Polonia aditus ad vitam episcopi Montis Regalis a Tritonio scriptam et ad eius biographiam a Ciaconio exaratam necnon ad typis impressas epistulas a Guarini ad eum datas)<sup>153</sup>,

<sup>147</sup> Scil. litterae ex Torunia 22 X 1576 datae, ibidem f. Kk 3r-4r.

<sup>148</sup> Agitur de collectione originalium epistularum Martini Cromeri (et litterarum ab eo acceptarum), tempore primi belli Suetici, a. 1629 ex Varmia deportata.

<sup>149</sup> In collectionibus capituli Varmiensis, veteri tabulario Regiomontano adiunctis, quod hodie efficit sectionem Preussischer Kulturbesitz nuncupatam (C1a, Kasten 502 sf).

<sup>150</sup> In quo explorationem perfecit prof. Miroslaus Korolko, a Rev. Aloisio Szorc humaniter adiutus.

<sup>151</sup> Vide ex.gr. N. 140.

<sup>152</sup> Prout annexum ad editionem Lipsiensem Historiae Polonae Ioannis Dlugossii, vide Bibliographiam.

<sup>153</sup> Vide Bibliographiam.

sed etiam amplas et frequentes de nuntiatura eius mentiones in typis impressis opusculis et scriptis Antonii Mariae Graziani<sup>154</sup>, Ioannis Demetrii Solikowski<sup>155</sup> et aliorum. Usus est etiam, cum a. 1776 Vindobonam translatus esset, excerptis ex "bibliotheca caesarea", a secretario eius, celebri antiqvitatum collectore Hugone Blotio, confectis<sup>156</sup>. Notum ei erat etiam commercium litterarum Vincentii Lauro, quod in collectionibus Vaticanis Nunziatura di Polonia et Nunziatura di Savoia nuper collocatum erat, sed tum - propter distantiam locorum, quae eum ab Urbe dividebat - difficulter eo uti poterat<sup>157</sup>.

Alias ob causas - praesertim vero propterea, quod aditus ad Tabularium Vaticanum ei permissus non erat - illud in promptu habere non potuit Ioannes Baptista Albertrandi, qui explorandis rerum Polonicarum monumentis a. 1777-1783 Romae incumberebat. Qui tamen feliciter repperit et ex codicibus Vaticanis Latinis Bibliothecae Vaticanae descripsit 3 epistulas nuntii nostri ad card. Ioannem Morone scriptas, quae deinde a. 1864 ab Erasmo Rykaczewski in versione Polonica typis editae sunt<sup>158</sup>. Apographa aliarum quarundam epistularum Vincentii Lauro, ab eodem rerum gestarum studioso tum Romae confecta, ab Alexandro Turgenev partim, ubi de rebus Russiae tractabant, a. 1841 typis edita<sup>159</sup>, nunc in Thecis Naruszewiczianis, quas vocant, in Bibliotheca Czartorysciana Cracoviae servantur<sup>160</sup>.

Iam antequam aditus ad Tabularium Vaticanum viris doctis patere coeperat, in Polonia 2 libri in vulgus prodierunt, quorum uterque aliquas magni momenti epistulas Vincentii Lauro continebat. Anno enim 1852 Stanislaus Budziński Varsaviae iterum publicandas curavit, ex vetere quadam editione Gallica, quam ipse repperit, epistulas nuntii nostri ad consiliarios Henrici Valesii datas<sup>161</sup>. Bene autem meritis de edendis fontibus ad historiam Poloniae spectantibus Adolfus Pawiński, etiam Varsaviae a. 1877, publici iuris fecit duas epistulas nuntii a. 1578 ad Stephanum Báthory scriptas, de synodo provinciali Petricoviensi tractantes<sup>162</sup>.

<sup>154</sup> *De scriptis invita Minerva ad Aloysium fratrem libri XX*, nunc primum editi cum annotationibus Hieronymi Lagomarsini, T. 1-2, Florentiae 1745-1746 et *De vita Ioannis Francisci Commendonii... libri quatuor*, Parisiis 1669.

<sup>155</sup> *Commentarius brevis rerum Polonicarum a morte Sigismundi Augusti*, Dantisci 1647.

<sup>156</sup> Hugo Blotius (De Bloot, 1533-1608), Bibliothecae Imperialis Vindobonae praefectus ab a. 1575.

<sup>157</sup> Omnes supradictas editiones et indicem voluminum commercii epistularum Vincentii Lauro in Vaticano servatorum Garampi adducit in vita eius a se breviter scripta in *Synopsi legatorum* posita (AV, F.Garampi, ms. 23 f. 74ar-76bv).

<sup>158</sup> Vide Bibliographiam. De apographis horum aliorumque documentorum ab Albertrandio confectis et deinde ab Erasmo Rykaczewski publicatis, cfr. H. D. Wojtyńska CP, *Jana Chrzcziciela Albertrandiego kwerendy archiwalne we Włoszech w latach 1777-1783* [Ioannis Baptistae Albertrandii perquisitiones archivorum Italiae a. 1777-1783], "Archiwa, Biblioteki i Muzea Kościelne", 61 (1992), p. 101-114.

<sup>159</sup> Vide Bibliographiam, cfr. Wojtyńska, ut supra, p. 111-112.

<sup>160</sup> Exempli gratia in Theca 86 (BCz, ms. 86).

<sup>161</sup> Vide Bibliographiam. Editio typis impressa, ex qua editionem suam paravit, inscripta erat *Recueil de quelques pièces des Sieurs de Pybrac, d'Espeisses et Bellière, servant à l'histoire*, Paris 1635.

<sup>162</sup> Cfr. Bibliographiam. Epistulae proveniunt ex libro registrarum cancellariae regiae.

Quae tamen omnia, considerata ingenti mole fontium, qui in Tabulario Vaticano servabantur, res sane exigua erant. Quantae divitiae rerum, ad nuntiaturam Vincentii Lauro pertinentium, in eo laterent, viri historiae studiosi praegustare poterant ex aliquot documentis, ab Augustino Theiner in primo volumine *Annalium Ecclesiasticorum* a. 1856 Romae publicatis, ad res Polonas spectantibus, i.a. variis commendationibus nuntii et 6 eius maximi momenti epistulis ad card. Gallium, Henrico Valesio in Polonia regnante, datis<sup>163</sup>. Nil itaque mirum, quod - posteaquam a. 1881 Leo XIII ad hoc maximum orbis terrarum Tabularium viris doctis totius mundi aditum permisit - Poloni rerum gestarum studiosi ad nuntiaturam episcopi Montis Regalis explorandam imprimis animum intenderunt. Quod etiam propterea fecerunt, quod eorum investigationes in idem tempus inciderunt, quo in Polonia annus iubilaeus in honorem regis Stephani Báthory praeparabatur. Quare iam prima virorum doctorum in Archivum Vaticanum expeditio, ab Academia Scientiarum Cracoviensi instituta, cum fontes praesertim ad nuntiaturam Polonam pertinentes colligere, explorare et publici iuris facere decreverit, inquisitionem atque investigationem suam ab eadem ipsa nuntiatura Vincentii Lauro incipere constituit.

At tamen homines doctos Cracovienses praecessit Varsaviensis rerum gestarum explorator, Theodorus Wierzbowski. Qui - cum bene sibi conscius fuerit Cracovienses magnum opus aggressos esse - festinanter perquisivit et transcribi mandavit omnes epistulas Vincentii Lauro ad Gallium datas, ex manuscriptis Vaticanis 7-8, 13-14, in sectione Nunziatura di Polonia asservatis, et collatis eis cum registris in ms. 10-12 contentis, eas a. 1887 Varsaviae publicavit<sup>164</sup>. Editio illa, satis negligenter apparata et omissionibus abundans, commentario et adnotationibus sub textu carens, praetermittit epistulas Gallii ad nuntium datas (Nunziatura di Polonia, 171-172, quarum singulos locos, sed solum ad archiepiscopum Iacobum Uchański spectantes, postea in "Uchanscianis" publicavit)<sup>165</sup> et omnes reliquas epistulas et acta, tam ad partem "Gallicam" nuntiaturae episcopi Montis Regalis pertinentia (Nunziatura di Francia 6, Nunziatura di Savoia 3-4), quam illa, quae extra supramemorata manuscripta inveniuntur, exceptis fragmentis trium epistularum, in Bibliotheca Ambrosiana Mediolani conservatis, quae in introductione in notis sub textu positis adducuntur<sup>166</sup>. Non est ergo mirandum hanc agendi et edendi rationem a moderatore expeditionis Cracoviensis, professore Stanislao Smolka, acriter vituperatam fuisse: "Huiusmodi editiones castigandae sunt, praeterea vehementer dolendum, Wierzbowski id genus fal-

<sup>163</sup> Vide Theiner AE I, p. 377-378 et 415-423. Praeterea in p. 373-377 edidit pretiosissimas epistulas nuntii Salviati, i.a. etiam eas, quae ad res Poloniae spectabant.

<sup>164</sup> Vide Wierzbowski VL. Titulus, introductio et adnotationes ad hanc editionem duabus linguis scriptae sunt, Gallica et Russica. In introductione historiam nuntiaturae Vincentii Lauro breviter describit et enumerat supramemorata volumina, quibus in paranda editione sua usus est (vide p. II-XV et 726).

<sup>165</sup> Wierzbowski U IV, p. 199-205,

<sup>166</sup> Vide Wierzbowski VL, p. 725.

laciis editoris gloriam sibi comparare"<sup>167</sup>. Rebus sic stantibus, res prorsus manifesta est participes expeditionis Cracoviensis publicationi commercii litterarum nuntii nostri quidem renuntiassent, sed minime desiisse illas eius epistulas recensere et exscribere, quae a Wierzbowski praetermissae erant. Huiusmodi laborum fructus (supplementa ex Nunz. Pol. 13 et 14) continentur in Theca Romana nr. 7, quae hodie in Bibliotheca Academiae Scientiarum Polonae Cracoviae tamquam ms. 8362 custoditur<sup>168</sup>. Cum tamen temporibus nostris ad manuscripta et eorum "xerocopias", quae vocantur, directi accessus facultatem habeamus, in hac editione nostra apographis illis non utimur.

Posteaquam editio Theodori Wierzbowski in lucem prodiit, Poloni historiae studiosi explorando et supplendo Vincentii Lauro litterarum commercio animum intendere desierunt, censes ad permultas dissertationes et studia de utroque interregno et regno Henrici Valesii scribenda satis esse eorum, quae editor Varsaviensis eis obtulerat<sup>169</sup>. Itaque ad ipsius editionem adiciebant non nisi singulas epistulas, occasione investigationis et publicationis litterarum commercii aliorum: Ioannis Zamoyski<sup>170</sup>, Petri Skarga<sup>171</sup>, cardinalium Alexandri Franese<sup>172</sup> vel Ioannis Morone<sup>173</sup>, repertas. Ad rursus diligenter explorandas et publicandas epistulas eius, vel ad eum scriptas, redierunt autem viri docti, res ad historiam aliarum nationum perquirentes et edere volentes, ut puta Henricus Biaudet in suis summariis fontium Vaticanorum ad res Suetiae spectantium<sup>174</sup>, Athanasius Welykyj in edendis locis ex litteris nuntii nostri depromptis, historiam Ucrainae attingentibus<sup>175</sup>, denique Faustus Fonzi in accurata, hodiernis edendi rationibus ac normis accommodata, editione litterarum commercii Vincentii Lauro, annos comprehendente, quibus munere nuntii pontificii in Sabaudia fungebatur. Quia tamen nuntiatura haec annis 1572-1573 nuntiaturam quoque Polonam attingebat, idcirco in editione eiusdem Fonzi ex toto publicatum est etiam vetustissimum Vincentii Lauro epistularum commercium "Polonum", ex manu-

<sup>167</sup> Vide H. Barycz, *Stanisław Smolka w życiu i nauce* [Stanisław Smolka vita et doctrina], Kraków 1975, p. 165 (cfr. Wojtyńska ANP I, p. 114). Particularia de hac re vide in sat aspra recensione a Iosepho Korzeniowski in ephemeride "Przegląd Polski" (An. 22, 1888, p. 176-180) publicata.

<sup>168</sup> Indicem apographum, quae in eo continetur, composuit Iosephus Korzeniowski AR, p. XVIII-XIX.

<sup>169</sup> Vide ex.gr. res ex eo transumptas apud Żelewski MDRK et multos locos in studiis recentioribus (Serwański et aliorum).

<sup>170</sup> Vide Sobieski AJZ. Volumen I continet 3 epistulas Ioannis Zamoyski ad nuntium et 4 epistulas nuntii ad Zamoyski, ex quibus 3 ex exemplaribus saeculi decimi septimi, ab editore in collectione Faur Bibliothecae Nationalis Parisiensis repertis, exscriptas.

<sup>171</sup> Vide Sygański (1 epistula).

<sup>172</sup> Vide Meysztowicz-Wyhowska DPAP (1 epistula).

<sup>173</sup> Vide Lanckorońska DAM I (editio omnium epistularum V. Lauro ad card. Morone et exemplarium litterarum ad alios datarum ex ms. AV, Concilio di Trento 71 (praeter "cifram", 9 VIII 1576 datam, vide supra).

<sup>174</sup> Vide Biaudet SSND, ut in Bibliographia.

<sup>175</sup> Vide Welykyj LNA I (37 epistulae).

scriptis in sectione AV, Nunziatura di Savoia, servatis depromptum<sup>176</sup>. Omnino autem praetermiserunt epistulas nuntii in Polonia editores nuntiaturae Germanicae Almut Bues et Gallicae Petrus Hurtubise, quamquam in publicatis ab eis documentis nomen et opera Vincentii Lauro saepe occurrit<sup>177</sup>. Hic adiungendum est adhuc totum litterarum commercium nuntii extraordinarii Seraphini Olivier, quod in collectionibus Tabularii Vaticani, in sectione Nunziatura di Francia 6, asservatur, hucusque omnino ignotum manere.

Sed in summa dicendum est non exiguum quidem numerum huius nuntii epistularum et actorum hactenus publicatorum tam imperfectum, truncum et mutilum esse, illa autem 204 scripta a Theodoro Wierzbowski edita (quartam partem omnium efficientia) tam negligenter et incuriose esse elaborata, ut opportunum visum fuerit completam eorum explorationem, recensionem et regulis nostri temporis doctrinae respondentem editionem pro viribus perficere. Quapropter nova fontium inquisitio atque investigatio peragenda erat in omnibus supramemoratis tabulariis et bibliothecis, in quibus res nobis utilissimae repertae sunt, et etiam in aliis, in quibus nos quidem aliquid inventuros esse sperabamus, sed spe nostra decepti sumus, praesertim in ipsa dioecesi nuntii nostri Montis Regalis<sup>178</sup> et in tabulario domus generalis Clericorum Regularium Camillianorum Romae, id est apud legitimos nuntii olim in Polonia heredes. Apud quos tamen - accedente benevolenti auxilio et humanitate Rev. di Patris Georgii Kuka - feliciter reperire potuimus antiquissimam imaginem Vincentii Lauro<sup>179</sup>, sed in archivo nihil prorsus post eum relictum remansit. Quod demonstrat totum privatum tabularium unius ex principalibus, et certo operosissimis ac diligentissimis, nuntiis in Polonia, Tabulario Vaticano traditum esse.

*Miroslaus Korolko, Henricus Damianus Wojtyska*

*Latine vertit Lucianus Olech*

<sup>176</sup> Vide Fonzi NS I (13 epistulae, a 25 VII 1572 usque ad 28 VI 1573 datae, omissis posterioribus, quae in registro AV, Nunz. Savoia 3 inveniuntur).

<sup>177</sup> Vide Bues NBD III/7 et Hurtubise ANG XII (ut in Bibliographia).

<sup>178</sup> Hanc informationem debeo Dominae Francae Mellano, auctrici operis de Vincentio Lauro tamquam episcopo dioecesis suae Montis Regalis (vide Bibliographiam).

<sup>179</sup> Imago card. Vincentii Lauro, cuius photographiam hic collocamus (auctoritatibus Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium permittentibus), statim post mortem cardinalis, iubente s. Camillo, depicta esse videtur, ut conici potest ex depositione cuiusdam testis contemporanei, qui descriptis sollemnibus exsequiis cardinalis nostri, sumptu Ordinis celebratis, haec verba adiungit: "Ordinò inoltre il Padre nostro che tener si dovesse in Roma et in altre nostre Case, per continua memoria, il ritratto del Cardinale che ci rammentasse sempre il suo merito e la nostra obbligazione di pregare per lui" (cfr. Amici, p. 220-221).

**ITINERARIUM**  
**Vincentii Lauro 1572-1578<sup>x</sup>**

**1572**

VII 25 - 31 XII - Augustae Taurinorum et in Monte Regali (Fonzi NS I, p. 396 - ibidem, p. 445).

**1573**

I 1- 17 - Augustae Taurinorum (Fonzi NS I, p. 446 - N. 12).  
I 17 - initium itineris Romam versus (N. 12).  
II 2 - in Osteria della Paglia (Fonzi NS I, p. 450).  
II 5 - III 16 - Romae (Fonzi NS I, p. 452 - ibide, p. 458).  
III 31 - V 7- - Nicaeae (Fonzi NS I, p. 462 - ibidem, p. 475).  
V 8-12 - in Monte Regali (Fonzi NS I, p. 475).  
V 20 - VI 13 - Augustae Taurinorum (Fonzi NS I, p. 477 - N. 23).  
VI 14-25 - in Monte Regali (N. 23 - N. 25).  
VI 25-27 - Augustae Taurinorum (N. 25).  
VI 27 - initium itineris versus Galliam (N. 25).  
VI 28 - Novae Alesiae in confiniis Sabaudiae et Galliae (N. 25).  
VII initio - Lugduni (N. 35).  
VII 19 - X 21 - Lutetiae Parisiorum (N. 35 - N. 46).  
XI 15-25 - Augustae Taurinorum (N. 53 - N. 56).  
XI 26 - XII 2 - in Monte Regali (N. 56).  
XII 2 - ca 4 - Augustae Taurinorum (N. 56).  
XII 21-28 - Venetiis (N. 60 - Buffardi NV XI, p. 121).

**1574**

I 14-18 - Vindobonae (N. 64 - Bues NBD III/7, p. 339).  
I 30 - VIII 17 - Cracoviae (N. 68 - N. 140).  
VIII 20 - Volborii (N. 141, 144).  
VIII 23-26 - Lovicii (N. 144).  
VIII 26 - IX 20 - in Skierniewice (N. 144 - N. 157).  
IX 21 - X 6 - Varsaviae (N. 160 - AV, Nunz.Pol. 7 f. 205r).  
X 16 - XII 31 - in Skierniewice (AV, Nunz.Pol. 8 f. 376r -).

---

<sup>x</sup> Itinerarium annorum 1572-1574 composuit Henricus Damianus Wojtyska CP, annorum vero 1575-1578 Miroslaus Korolko.

**1575**

- I 1 - II 10 - in Skierniewice (- Nunz.Pol. 396 f. 44r - ibidem f. 88r)  
 II 12-14 - Varsaviae (Nunz.Pol. 396 f. 90r - ibidem f. 94r).  
 II 16 - III 11 - in Skierniewice (Nunz.Pol. 396 f.46r - ibidem f. 50r).  
 III 15-19 - Varsaviae (Nunz.Pol. 396 f. 95r - ibidem f. 98r).  
 III 26 - IV 12 - in Skierniewice (Nunz.Pol. 8 f. 84r - Nunz.Pol. 10 f. 117v).  
 IV 18 - XII 31 - Varsaviae (Nunz.Pol. 8 f. 133r - Karnkowski, f. M4r).

**1576**

- I 1 - V 29 - Varsaviae (Nunz.Pol. 13 f. 3r - ibidem f. 130r).  
 VI 5 - in Skierniewice (Nunz.Pol. 13 f. 140r).  
 VI 9 - Lovicii (Nunz.Pol. 13 f. 147r).  
 VI 11 - in Chróślin (Conc.Trid. 71 f. 65r).  
 VI 25 - XII 31 - Vratislaviae (Conc.Trid. 71 f. 93r - Nunz.Pol. 13 f, 214r).

**1577**

- I 1 - III 23 - Vratislaviae (Nunz.Pol. 13 f. 220r - ibidem f. 278r).  
 III 26 - in Gowarcze (Kraków, BCz, ms. 331 p. 781).  
 III 29 - IV 24 - Petricoviae (Nunz.Pol. 13 f. 285r - ibidem f. 341r).  
 IV 25-29 - Varsaviae (Nunz.Pol. 13 f. 303r).  
 IV 30 - V 29 - Petricoviae (Nunz.Pol. 13 f. 285r - ibidem f. 341r).  
 VI 9 - XII 31 - Varsaviae (Nunz.Pol. 13 f. 351r - ibidem f. 435r).

**1578**

- I 1 - VI 12 - Varsaviae (Nunz.Pol. 14 f. 6r - ibidem f. 135r).  
 VI 19 - Lovicii (Nunz.Pol. 14 f. 138r).  
 VII 12-VIII 28 - Cracoviae (Nunz.Pol. 14 f. 166r - Nunz.Pol. 12 f. 149v).  
 IX 12 - Pragae in Bohemia (Nunz.Pol. 12 f. 149v).  
 XI 1 - Tridenti (Nunz.Pol. 12 f. 150v).



- AV, Nunziatura di Polonia, ms. 13 f. (253r-254v).  
 " " ms. 14 f. (6r, 20v-21v, 31r-34v, 37r-40v, 166r).  
 " " ms. 27A f. (336v-342r).  
 " " ms. 171 f. (146r-v, 304r), 316v-328r, 358r, 467r-468r, 380v-479v, (610r).  
 " " ms. 172 f. 113r-v, 121r-180v.  
 " " ms. 396 f. 1r-31r, (61r-63r, 114v, 119r, 136r-140v).  
 - Nunziatura di Savoia, ms. 3 f. (9r), 16r-v, 29v-55v.  
 " " ms. 4 f. 26r-27v, 33r-v, 40r-v, 166r-167v, 172r, 190r-v, 269r-270v, 325r-326v, 340r-341v.  
 " " ms. 10 f. (191r, 206r, 423r, 427r, 479r-v).  
 " " ms. 225 f. 5r-v, 7r, 11r-12v, 55r-v, 59r, 80r-83v, 90r-v, 108r-v.  
 - Nunziatura di Spagna, ms. 15 II, f. 218r-219r.  
 - Secretariato di Brevi (Sec.Brev.), ms. 30 f. (285r).  
 " " " ms. 31 f. (174r-v).  
 " " " ms. 78 f. 295r-296r.

**Bibliotheca Apostolica Vaticana (BV):**

- Cod. Ottobonianus Latinus (Ottob.Lat.) 1147, p. (508-509).
- Cod. Urbinatensis Latinus (Urb.Lat.) 1044 (f. 118r).
- Cod. Vaticanus Latinus (Vat.Lat.) 7124, passim.

**Berlin, Geheimes Staatsarchiv, Preussischer Kulturbesitz (GStAPK):**

- C1a (Westpreussen, Ermländisches Domkapitel), Kasten 502, s.f.

**Kraków, Archiwum Kapitulne:**

- Acta Actorum, ms. 6 f. (296r).

**- Biblioteka Czartoryskich (BCz):**

- Ms. 311 p. 87-88.
- Ms. 2133 (p. (248-254).

**- Biblioteka Jagiellońska (BJ):**

- Ms. 61, fasc. 8 f. 21r.
- "  fasc. 10 f. 4r-5v, 12r-13r.
- Ms. 160, fasc. 28 f. 5r-9r, 10r-12v , 17r-21r.

**- Biblioteka Polskiej Akademii Nauk (BPAN):**

- Ms. 8362 (Theca Romana 7, passim).

**Milano, Biblioteca Ambrosiana (BA):**

- F. inferiore, ms. 87, f. 193r-v, 269r [?].
- " ms. 93 f. (470).

**Olsztyn, Archiwum Archidiecezji Warmińskiej w Olsztynie (AAWO):**

- Ak Varia, ms. 15 f. (156r-163r).

**Roma, Archivum Romanum Societatis Iesu (ARSI):**

- Epistolae Externorum (Epp.EE), ms. 12, f. 264r-265v.
- Opera Nostrorum (Opp.NN), ms. 328 f. (22r, 44r-45r, 60r-v, 66r).

**Wrocław, Biblioteka Zakładu im. Ossolińskich (BOss.):**

- Ms. 154 f. 172r-173v.

**OPERA**  
**in quibus scripta ad nuntiaturam Vincentii Lauro**  
**attinentia publicata sunt**

<sup>37</sup> Revera adhuc a. 1573, antequam in Poloniam profectus est, Lauro efficere potuit, ut seminarium clericorum in Monte Regali conderet et synodum dioecesanam celebraret (vide Mellano, p. 130-134).

che il negotio va ala lunga, ha pensato che tra tanto saria molto a proposito che Sua Santità ragionasse seco et la instruisse di molte cose, che meglio si trattano a bocca che per lettere, pertinenti ali negotii et interessi di quel Regno. Et perciò mi ha ordinato ch'io le scriva che subito a la ricevuta di questa ella debba trasferirsi a Roma et venir di lungo a smontar qui in Palazzo, dove Sua Santità ha ordinato che ella sia alloggiata. Et in pochi giorni Sua Santità la espedirà, acciò possa ritornar a Torino ad aspettare il tempo de l'andata sua in Polonia, non volendo Sua Santità levarla di costà, seno' per causa de la detta andata. Speramo che Sua Altezza per una occasione sì utile et sì necessaria al ben publico non haverà a male di star questi pochi giorni senza Nuntio. Che è quanto m'occore dirle con questa, offerendole di buon core et desiderandole ogni contento. Di Roma, a 28 Dicembre 1572.

Di V.ra Signoria *etc.*

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 12.

**Vincentius Lauro**  
**Card. Carlo Borromeo**

Augustae Taurinorum, 17 I 1573.

*Scribit de card. Comensi, qui m'ha questi giorni, per comandamento di N.ro Signore, ordinato con una sua che io habbia quanto prima a trasferirsi in Roma per le cose di Polonia<sup>38</sup>. Et così penso oggi avviarmi alla volta di Genova<sup>39</sup>.*

**Or.:** Milano, BA, ms. F. 87 inf., f. [269?]. Non accessibile.

**- Ed.:** Wierzbowski VL, p. XV (fragmentum ad Poloniam spectans in nota).

---

<sup>38</sup> Cfr. supra, N. 11.

<sup>39</sup> Lauro non prius quam ineunte Februario a. 1573 Romam pervenit et - praeter negotia Polona, de quibus non scribit - etiam negotia ad Sabaudiam pertinentia ibi expediebat, cfr. Fonzi NS I, p. 450-452. Vide etiam breve Gregorii XIII ad Emmanuelem Filibertum 10 III datum, per Vincentium Lauro traditum, quo legationem eius in Polonia commendabat (min. in AV, F.Borghese IV 214 f. 8r).

**Card. Tholomaeus Gallio  
Vincentio Lauro**

Romae, 1 VI 1573.

*Nuntiat summum pontificem, de electione ducis Andegavensis (Henrici Valesii) in regem Poloniae certiore factum, constituisse auditorem Rotae, Seraphinum (Olivier), ad eum mittere gratulatum, qui postero die in Galliam profecturus sit; ipsi quoque iniungit, ut prout nuntius in Polonia ad novum regem se quam primum conferat; ut de rebus Poloniae melius edoceri possit, personam huiusmodi rerum peritissimam ad eum missum iri. Notum facit se litteras eius, 12 et 20 V datas, accepisse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 380r-v. In f. 388v inscriptio et vestigia sigilli ac alia manu summarium et annotatio: "Del primo di Giugno, havuta in Turino a 12 del medesimo 1573".

**Min.:** AV, Nunz.Sav. 225 f. 55r-v.

**Ed.:** Fonzi NS I, p. 479.

Molto Rev.do Monsignore etc. N.ro Signore a l'avviso de l'elettione di Re di Polonia in persona di Mons. d'Angiou<sup>40</sup>, ha risoluto di mandar di quà un Prelato in Francia a rallegrarsene con il nuovo Re Eletto et con tutte quelle Maestà. Et così hora espedisce Mons. Serafino, Auditor di Rota<sup>41</sup>, a far quest'oficio, che partirà dimane. Ma perché sà che a V.ra Signoria, come Nuntio già destinato in Polonia, conviene il star dove si trova il Re, ha deliberato Sua Santità che fra pochi giorni ella habbia a ritrovarsi appresso la persona di Sua Maestà Eletta per poter con commodità trattar et imprimer nell'animo de la Maestà Sua quelle cose che sono in servizio di Dio et de la Religione Cattolica di quel Regno, avanti che sia distratta con la mente in tante altre occupationi che li verranno ne l'entrar al governo di così gran Stato. Et ha voluto Sua Santità ch'io ne dia hora questo avviso a V.ra Signoria, accioché ella possa prepararsi di partir subito che haverà l'ordine et l'espeditione, che se li mandarà Venerdì a li V con il Corriero che parte per Genova. Et in quel tempo si dirà anco a V.ra Signoria qual sia il suo sucesore in cotesta Nuntiatura appresso Sua Altezza<sup>42</sup>.

<sup>40</sup> Henricus Valesius (1551-1589), filius Henrici II regis Galliae et Catharinae Mediceae, frater regis Caroli IX, rex Poloniae electus est in comitiis electionis Varsaviae 9 V 1573 et proclamatus die 11 V (cfr. Noailles II, p. 326). Fama eius electionis Romam pervenit 26 V 1573 (vide Cénival, p. 172). Cfr. 2 epistulas Tholomaei Gallio ad nuntium in Gallia, Antonium Mariam Salviani, 1 VI 1573 datas (Hurtubise ANG XII, p. 332 et 334).

<sup>41</sup> Olivier, cfr. Introductionem.

<sup>42</sup> Emmanuel Filibertus.

[380v] So che V.ra Signoria anderà hora molto consolatamente in Polonia, poichè lei è conosciuta et amata dal Re grandemente<sup>43</sup>, ma per maggior sua consolatione voglio anche dirle che noi manderemo a V.ra Signoria una persona informatissima delle cose di Polonia, che starà appresso di lei per qualche mese, sin che a lei parerà d'essere ben informata di quelli humori<sup>44</sup>.

A le lettere di V.ra Signoria di XII et XX che sono in risposta di mie<sup>45</sup>, non mi occorre che dir altro. Et con questo fine, offerendomele di core, le prego dal Sig. Dio ogni contento. Di Roma, al primo di Giugno MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Rev.da

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
il Cardinale di Como-<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

#### N. 14.

**Litterae credentiales  
a Gregorio XIII, pontifice maximo,  
Henrico, electo Poloniae regi,  
pro Seraphino Olivier datae**

Romae, 1 VI 1573.

*Electionem in regem Poloniae ei gratulatur; qua Deum studium eius remunerare voluisse putat, quo religionem catholicam hactenus defenderit; hortatur eum, ut in Polonia quoque similiter agat; Seraphinum (Olivier) gratulaturum mittit rogatque, ut plenam in omnibus fidem ei adhibeat.*

**Reg.:** AV, Arm. 44, ms. 22 f. 5v-7r.

- **Ed.:** Theiner AE I, p. 145.

**Min.:** AV, Ep. ad Principes, ms. 7 f. 119r-v.

Charissimo in Christo filio nostro Henrico  
Duci Andegavensi in Poloniae Regem Electo  
Gregorius Papa XIII

<sup>43</sup> Cfr. Introductionem.

<sup>44</sup> Agitur de Antonio Maria Graziani (1537-1611), secretario Ioannis Francisci Commendone, tempore, quo ille muneribus nuntii (1563-1565) et legati (1571-1573) in Polonia fungebatur, cfr. infra N. 54.

<sup>45</sup> Cfr. Fonzi NS I, p. 475 et 477.

Charissime in Christo fili Noster, salutem etc. Summa cum voluptate cognovimus, quanta fuerit Dei benignitas in Poloniae Regno Maiestati tuae deferendo, neque enim alius [6r] huius rei author agnoscendus est, quam Deus, in quo voluit virtutem tuam et Catholicae Religionis tuendae studium, tam multis proeliis, tam intestinis, tam constanter, tam tenera aetate, tanto tuo cum periculo, tum alias, tum hoc tempore maxime in ista haereticorum obsidione atque oppugnatione testatum<sup>46</sup>, remunerari hoc novo et maximo huius Regni gerendi et gubernandi negotio et labore. Sic agit cum suis Deus, ut nova semper munera largiatur iis, qui acceptis antea muneribus recte sunt usi. Puer eras, ut inquit Sapiens, sortitusque ab eo fueras animam bonam<sup>47</sup>, praeclaramque istam Sanctae Religionis tuendae eiusque hostium delendorum voluntatem et virtutem. Ecce nunc eius benignitas, quae nescit largiendo defatigari, quoniam tu quoque in recte agendo defatigatus non es, perduxit te in quemdam quasi campum amplissimum, in quo posset tua virtus latissime excurrere, maioremque in dies apud homines laudem, apud se ipsum merita comparare. Hanc tibi pro Christo proque eius ovibus suscipiendi laboris, solitudinis, vigilantiae ab eius benignitate tributam facultatem iure optimo gratulamur.

Quo quidem pro Christo laborandi fructu adempto, quid est in Principatu et Regno, quod magnopere sit expetendum? Quid, quod non cum omni conatu fugiendum? Nihil certe, nisi summus angor [6v] atque aerumna est. Illis etiam gratulamur, quibus te Regem esse voluit Deus, neque enim tam ille tibi tribuit Regnum, quam te Regno; magisque est cur illis gratulemur, quam tibi. Ut enim periculosius difficiliusque multo est bene imperare, quam bene imperanti parere, sic illi minimo cum labore, nullo autem cum periculo optimo Regi parebunt: tu unus pro omnibus labores et pericula adibis sustinebisque. Sed aderit idem Deus, siquidem quod tua virtus pollicetur, ipsum semper prae oculis habueris, omniaque ad eius laudem et gloriam direxeris, hocque ipsum Regnum tibi ab eo commissum esse agnoveris, gratiasque ei egeris, quod te potissimum nullis ibi opibus fultum, nulla cognatione munitum, ac ne illis quidem nationibus unquam visum, tam longe acciverit, idque eo magis eius bonitati acceptum tuleris, quo fuit ab omnium opinione alienius. Haec ut perpetuo cogites curesque assidue, a Dei benignitate precamur.

Utque hoc nostrum gaudium summamque de tua praestanti virtute expectationem significamus, Maiestati tuae per has nostras litteras, perque dilectum filium Seraphinum Olivarium, nostri Palatii Apostolici Causarum Auditorem, quem ad te mittimus, sic huius gaudii publice privatimque indicia dedimus, sacrisque solemnibus Deum venerati sumus eique, quod Regnum istud Ma[7r]iestati tuae elargitus sit, gratias egimus, ipsius autem Se-

---

<sup>46</sup> Henricus tempore, quo rex Poloniae electus est, erat dux exercituum, qui castra Hugonottorum in Rupella (La Rochelle) iam a mense Februario 1573 oppugnabant, vide Champion JH II, p. 151-179, cfr. infra, N. 16.

<sup>47</sup> Sap. 8, 19.

raphini verbis, ut eandem, quam nostris, fidem adhibeas, rogamus. Mittemus propediem alium nostrum et Sedis Apostolicae Nuncium Ordinarium, qui apud Maiestatem tuam sit. Datum Romae, apud Sanctum Petrum etc., die prima Iunii MDLXXIII, Pontificatus Nostri anno secundo.

N. 15.

**Gregorius XIII, pontifex maximus,  
Henrico, regi Poloniae electo**

Romae, 1 VI 1573.

*Propter eius in regem Poloniae electionem et in defendenda catholica religione merita Auream Rosam se ei mittere nuntiat, quam Seraphinus (Olivier), auditor Rotae, ei traditurus est.*

**Min.:** AV, Arm. 39, ms. 66 f. 490r. In f. 492v datum et adnotatio pro summo pontifice, scripta manu card. Tholomaei Gallio: "Sanctitas V.ra mittit Rosam ad Ducem Andegavensem, electum Regem Poloniae, per D.num Seraphinum, Auditorem Rotae. Card. Comensis". In folio separato (491r) manu eiusdem cardinalis: "Breve per accompagnar la Rosa benedetta, la quale N.ro Signore manda al Ser.mo Re di Polonia per mano di Mons. Serafino, Auditore di Rota. Basterà haverlo dimane di sera. Di V.ra Signoria, Cardinalis Comensis".

**Charissimo in Christo filio nostro Henrico, Duci Andegavensi,  
in Poloniae Regem electo**

Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Cum nos nuper ex vetere Romanorum Pontificum, praedecessorum nostrorum, instituto Rosam Auream solenni ritu benedixerimus<sup>48</sup>, eam Maiestati tuae potissimum, quae modo per divinam gratiam ad regiae dignitatis fastigium evecta, in nobilissimi Poloniae Regni Regem magno cum gaudio creata est, mittendam duximus, cum ad testificandam singularem erga te benevolentiam nostram, tum te, propter insignem pietatem in Deum, praeclaramque erga nos et Sanctam hanc Sedem devotionem ac propensissimum tuum in fidem catholicam stu-

<sup>48</sup> Rosa Aurea inde a saec. XI dominica Laetare (quarta Quadragesimae) a summis pontificibus benedici solebat et, ut grati animi pro fidelitate erga Sanctam Sedem signum, regnantibus porrigebatur, cfr. Elisabeth Cornides, *Rose und Schwert im päpstlichen Zeremoniell von den Anfängen bis zum Pontifikat Gregors XIII*, Wien 1967, p. 23-33.

dium, huiusmodi et quovis alio honore dignissimum iudicantes. Tanti igitur muneris significatio maxime consideranda est, proque nostrae erga te paternae voluntatis indicio, ut caetera soles, quae<sup>a)</sup> ab hac Sancta Sede proficiuntur, pio admodum devotoque abs te animo suscipiendum. Sacrum vero hoc munus, quod dilecto filio Magistro<sup>b)</sup> Seraphino Olivario, Capellano nostro et Causarum Palatii Apostolici Auditori, viro tui observantissimo et ob probitatem, doctrinam et grata obsequia sua nobis valde accepto, ad referendum dedimus, ut sacra etiam cum cerimonia, sicut decet, accipias id post missarum solennia in Ecclesia, quam elegeris, celebrata, ab ipso Seraphino tibi tradi volumus. Datum Romae, apud Sanctum Petrum etc., die prima Iunii 1573, [Pontificatus nostri] anno secundo.

Cae[sar] Glorierius<sup>49</sup>

<sup>a)</sup> *Sequitur verbum expunctum.*

<sup>b)</sup> *Adscriptum supra.*

**N. 16.**

**Instructio data a card. Tholomaeo Gallo  
Seraphino Olivier, auditori Rotae  
ad Henricum electum Poloniae regem misso**

Romae, 1 VI 1573.

*Mandat ei, ut duci Andegavensi (Henrico), eius matri (Catharinae Mediceae) et fratribus (Carolo, regi Galliae, et Francisco, duci Alençonii), necnon reginae Elisabeth brevica pontificia, de electione Henrici in regem Poloniae gratulatoria, porrigat et in subsequenti audientia a novo rege sibi concessa eundem adducere conetur, ut consilium de confirmanda Confoederatione Varsaviensi ad aliud tempus capiendum differat. Praeterea committit ei, ut nominationem et mox futurum adventum nuntii pontificii, Vincentii Lauro, regi annuntiet, operam suam cum nuntio in Gallia, Antonio M. Salviati, concordet et cum novo rege tempus et locum decernat, quo Aurea Rosa, a summo pontifice missa, ei tradi possit.*

**Min:** AV, Misc.Arm. II 54 f. 68r-69v.

<sup>49</sup> Caesar Glorieri vel Grolier (1505-1595), secretarius brevium summorum pontificum ab a. 1552.

Instruttione a Mons. Seraphino,  
mandato da Nostro Signore in Francia per rallegrarsi  
de l'eletto Re di Polonia

<sup>(a)</sup>-Essendo verisimile che a l'arrivo di V.ra Signoria a Fontanableu<sup>50</sup>, dove adesso è la Corte, il nuovo Re di Polonia<sup>b)</sup>, qual'era a la Roscella<sup>51</sup>, non ci sarà ancora venuto, V.ra Signoria potrà come di passaggio visitar il Re Christianissimo et la Regina madre, presentando loro li brevi di Nostro Signore con la benedittione apostolica<sup>52</sup>, et dipoi espor a le loro Maestà<sup>-a)</sup> l'allegrezza et consolatione infinita che Sua Beatitudine ha sentita de l'elettione di Mons. d'Angiù in Re di Polonia, <sup>(c-</sup>et come Sua Santità vi manda a posta per far questo officio con tutte le loro Maestà<sup>-c)</sup>, estendendosi largamente in dar <sup>(d-</sup>lor conto<sup>-d)</sup> del progresso et successo di essa elettione<sup>e)</sup>, conforme a quello che si è detto a bocca<sup>f)</sup>. Et poi subito piglierà il camino per andar a trovar il nuovo Re. Ma se egli per sorte fusse già venuto a la Corte Christianissima, V.ra Signoria principalmente farà l'officio con lui, et poi co'gli altri sopradetti, mostrando <sup>(g-</sup>in somma a tutti l'affetto vivo et paterno di Sua Beatitudine verso loro<sup>-g)</sup>.

Ultra di ciò col Re eletto entrerà a parlar de le cose del Regno di Polonia, <sup>(h-</sup>non però nela prima audienza, la quale ha da consumarsi tutta in cerimonia<sup>-h)</sup>, dicendoli che Nostro Signore Dio, larghissimo remuneratore di chi l'ama et serve fideliter<sup>h)</sup>, vedendo ne la Maestà Sua così gran pietà et zelo verso Lui et la Santa Fede et Religione Catholica, per la quale ha durate [68v] et dura tante fatiche, et corsi tanti pericoli, ha voluto per questa occasione honorarlo et inanzarlo <sup>(i-</sup>a grado et potenza sì sublime<sup>-i)</sup> non con forza d'arme, ma per mezo [sic] di un consenso universale et amorevolezza de' popoli<sup>j)</sup>, non tanto per honorarlo et aggrandirlo in questo mondo, quanto per donarle maggior occasione di meritare appresso Sua Divina Maestà et adoprar in servitio suo et de' quei popoli et di tutta la Christianità quelle gratie et quei doni di virtù, bontà et valore, che da la medesima divina benignità le sono stati così largamente <sup>(k-</sup>concessi. Che sperando Nostro Signore<sup>-k)</sup> et aspettando quel ch'è detto copiosamente da la pietà sua, tanto maggiore è l'allegrezza <sup>(h-</sup>che sente<sup>-h)</sup> di questa elettione. Che il Regno di Polonia, per esser stato in parte corrotto [69r] questi tempi passati et infettato d'heresie, ha patito assai et ha corso pericolo in questo interregno di ricever grandissimi danni, et perciò ha bisogno di rimedii. Et perché li heretici di quel Regno hanno fatta grandissima istanza et diligenza in questi Comitii de l'elettione et negli altri primi, fatti pur a Varsavia, di far sottoscrizioni et stabilire alcuni capitoli che essi chiamano la Confederatione <sup>(h-</sup>della Religione<sup>-h)</sup> per difesa et impu-

<sup>50</sup> Fontainebleau, castellum prope Lutetiam Parisiorum, sedes regum Galliae.

<sup>51</sup> La Rochelle, cfr. supra, N. 14.

<sup>52</sup> Breve ad regem Carolum IX editum est a Theiner AE I, p. 145-146, breve autem ad reginam matrem Catharinam de Medicis (1519-1589), invenitur in reg. AV Arm. 44, ms. 22 f. 7v-8r; utrumque habet datum 1 VI 1573.

nità loro, contra le leggi et ordini antichi del Regno<sup>53</sup>, né perciò ha Dio permesso che l'habbino ottenuto, havendoli ostate gagliardissimamente il Legato apostolico con li ecclesiastici et altri nobili catholici del Regno<sup>54</sup>. Et non essendo da dubitare che hora essi heretici con l'occasione de l'allegrezza et eletion nuova cercheranno di ottener questa et altre cose simili dala Maestà Sua<sup>55</sup>, bisogna avertirla diligentemente et [69v] pregarla che non condescenda a cosa alcuna intorno a ciò, ma rimetta il tutto a intendere quando sarà dentro il Regno, per poter poi con maggior commodità riordinar et stabilir quel che sarà necessario in servizio di Dio, de la Religione et di esso <sup>l</sup>-Regno. Et questo V.ra Signoria potrà dirlo ancora a la Regina madre, acciò faccia co'l figlio sopra di ciò quei buoni officii che<sup>m</sup>) convengono al grandissimo obbligo che hanno con Dio per questa nuova eletteone<sup>l</sup>).

<sup>n</sup>-V.ra Signoria dirà poi a Sua Maestà del Nuntio, Vescovo di Mondevi, che presto anderà ala Corte per accompagnar la Maestà Sua a nome di Sua Beatitudine in Polonia et restar per Nuntio ordinario appresso di lei; et che Sua Santità lo manda tanto più volentieri, sapendo che è servitore di tutte le lor Maestà, et che perciò li sarà gratissimo<sup>56</sup>.

Con la Regina Regnante<sup>57</sup> et con Mons. d'Alanson<sup>58</sup> farà V.ra Signoria l'officio di visita et gratulatione, senza però entrar in altro che in mostrar l'allegrezza di Sua Santità.

---

<sup>53</sup> Confoederatio Varsaviensis, quam vocant, 28 I 1573 a. Varsaviae in primis comitiis interregni inita, inter alia postulatam continebat, ut pax "inter dissidentes de religione" servaretur (editio critica Korolko, p. 173-175). Eiusmodi postulatam insertum erat in Articulis Henricianos (art.2), qui 12 V 1573 a. in comitiis electionis Varsaviensibus ab oratoribus et legatis Gallicis ex mandato Henrici approbati et confirmati sunt. Articulus, cuius confirmationem subsequentibus aliquot mensibus Sedis Apostolicae mandatarii modis omnibus impedire conabantur, sonabat: "Quoniam vero inter amplissimi Regni Poloniae atque Magni Ducatus Lithuaniae aliorumque dominiorum ad Regnum pertinentium incolae in religionis negotio est quoddam dissidium, ne ex hac occasione aliquando (quod absit) seditio vel tumultus aliquis oriatur, caverunt sibi nonnulli incolae eiusdem Regni, confoederatione singulari inter se facta, ut hoc nomine, dissidii scilicet religionis, pax illis servetur. Quod etiam Nos illis spondemus atque confoederationem ipsam iuxta eius contenta perpetuis temporibus Nos servaturos promittimus [apud Noailles: promittimus]" (ed. principales: Noailles II, p. 357 et III, p. 438 et Przyboś-Zelewski DPP, p. 136). De variis hac in parte controversiis exortis cfr. Korolko, p. 58-76.

<sup>54</sup> 16 V 1573 in comitiis electionis Varsaviensibus card. legatus Franciscus Commendone ab episcopis et a parte senatorum impetravit, ut contra huiusmodi comitiarum decreta reclamarent. Eius reclamationis apographum, quod erat cardinalis Commendone, servatur in AV, Nunz.Pol. 4 f. 215r-217v (ed. Lanckorońska DAM II, p. 73-74 ex exemplari sine dato, ad card. Ioannem Morone pertinente).

<sup>55</sup> Re vera ordinum et statum Polonorum deputati oratores portabant secum postulata, ut articuli et "pacta conventa", quibus mandatarii Henrici Varsaviae subscripserant, approbarentur, cfr. Przyboś-Zelewski DPP, p. 112-114, 127-132.

<sup>56</sup> In memoriam revocat commorationem Vincentii in Gallia tanquam secretarii card. Francisci de Tournon, cfr. Introductionem.

<sup>57</sup> Elisabeth Austriaca (1554-1592), filia imperatoris Maximiliani II, uxor Caroli IX ab a. 1570, reg. brevis pontificii ad eam, dati 1 VI 1573, invenitur in AV, Arm. 44, ms. 22 f. 8v-9r.

<sup>58</sup> Franciscus (1554-1584), dux Alençonii, filius Catharinae Mediceae, frater regis Caroli IX et noviter electi regis Poloniae Henrici; reg. brevis Gregorii XIII ad eum, dati 1 VI 1573, invenitur in AV, Arm. 44, ms. 22 f. 8r-v.

A la Corte del Re Christianissimo V.ra Signoria farà ricapito da Mons. Salviati, Nuntio ordinario<sup>59</sup>, et alloggierà seco, et gli comunicherà questa instruttione, et negocierà di compagnia sua<sup>n)</sup>.

V.ra Signoria s'alleggerà ancora co' li Ill.mi di Borbone, di Lorena et Guisa<sup>60</sup>, se saranno a la Corte, presentando loro le mie lettere, scritte per questo conto in nome di Sua Santità<sup>61</sup>.

Ne la prima visita V.ra Signoria dirà ancora a le lor Maestà de la Rosa benedetta che Nostro Signore manda al nuovo Re, et piglierà appuntamento del luogo et tempo che s'haverà da presentare con le cerimonie debite et consuete, secondo l'instruttione che V.ra Signoria porta a parte<sup>62</sup>. Et non essendo V.ra Signoria Sacerdote, Mons. Nuntio potrà dir lui la messa in questa mattina.

Et finito questo, V.ra Signoria senza altro ordine di qui potrà tornare a piacer suo. Dio benedetto l'accompagni nel viaggio et gli assista nel negocio. Datum Romae, prima Iunii 1573.

a-a) *Correctum ex*: Havrà V.ra Signoria da visitar prima il Re Christianissimo, presentandoli il breve di Nostro Signore con la benedittione apostolica, dipoi esporli

b) *Sequitur expunctum*: non ci sarà

c-c) *Additum (partim in margine)*.

d-d) *Correctum ex*: conto a Sua Maestà

e) *Sequitur expunctum*: dela opera buona del Legato [Commendone] et del Nuntio [Dal Portico]

f) *Sequitur expunctum*: Farà dipoi il medesimo officio con la Christianissima Regina madre et con l'eletto nuovo Re, usando con l'una et con l'altro per di parole convenienti per dimostrar l'affetto vivo et paterno di Nostro Signore verso le Maestà loro. *Loco huius sententiae invenitur superscriptum et iterum expunctum*: Con la Regina Regnante vedova et co'l Duca d'Alanson V.ra Signoria farà il medesimo officio, ma però con assai maggior sobrietà, bastando mostrar l'allegrezza di Sua Santità.

g-g) *Adscriptum in margine*.

h-h) *Adscriptum supra*.

i-i) *Correctum ex*: di grado et di possenza, concedendoli

j) *Sequitur expunctum*: l'acquisto d'un regno così nobile et così grande. Et che le è stata concessa questa potenza

k-k) *Correctum ex*: date. Che Nostro Signore sperando

l-l) *Adscriptum in margine superiore*.

m) *Sequitur expunctum*: sono debiti a la

n-n) *Adscriptum (partim in margine) loco expuncti*: Regno. Et dirà a Sua Maestà del Nuntio Mondevi, che presto anderà a la corte per resider et accompagnar la Maestà Sua. Farà poi il medesimo officio de visitar et di congratulatione con la Christianissima Regina moglie del Re, senza entrar in altro circa il matrimonio et successo de la elettectione et de le operationi del Legato et Nuntio. Et simile officio di visita farà col terzo fratello del Re, Mons....., et con li altri Signori de la Corte che giudicherà bene, secondo che potria esser avertita da Mons. Nuntio residente, etc.

<sup>59</sup> Antonius Maria Salviati (1537-1602), epus Sancti Papuli ab a. 1561, nuntius in Gallia a. 1572-1578, S.R.E. cardinalis ab a. 1583, vide Hurtubise ANG XII, passim.

<sup>60</sup> Carolus de Bourbon (1520-1590), aepus Rotomagensis ab a. 1550, S.R.E. cardinalis ab a. 1548; Carolus de Guise (1529-1574), dictus card. Lotharingiae, aepus Remensis ab a. 1538, S.R.E. cardinalis ab a. 1547, et Ludovicus de Guise (1527-1578), epus Metensis ab a. 1558, S.R.E. cardinalis ab a. 1555.

<sup>61</sup> Litterae Tholomaei Gallii ad eos 1 VI 1573 datae, ad expeditionem paratae et a cardinali subscriptae, sed postea adhuc emendatae, servantur inter minutas eiusdem Gallii in AV, Nunz. Francia 283 f. 199r-201v.

<sup>62</sup> Non invenitur.

## N. 17.

**Litterae credentiales  
a Gregorio XIII, pontifice maximo,  
Henrico, electo Poloniae regi,  
pro Vincentio Lauro datae**

Romae, 1 VI 1573.

*Notum facit se Vincentium Lauro, episcopum Montis Regalis, nuntium suum apud eum, tam in Gallia quam postea in Polonia, constituisse, ipsumque commendat et rogat, ut ipsi in omnibus plenam fidem adhibeat.*

**Reg.:** AV, Arm. 44, ms. 22 f. 10r-v.

- **Ed.:** Theiner AE I, p. 146.

**Min.:** AV, Ep. ad Principes, ms. 7 f. 123r (cum dato: "3 Iunii").

Charissimo in Christo filio Nostro Henrico,  
Duci Andegavensi, Poloniae Regi Electo,  
Gregorius Papa XIII

Char.me in Christo fili noster, salutem etc. Posteaquam accepimus te Regem Poloniae creatum esse, decrevimus ex veteri instituto superiorum Pontificum atque huius Sanctae Sedis Apostolicae aliquem mittere, qui apud Maiestatem Tuam esset earum rerum causa, quas cum ea agi oporteret. Maxime autem idoneum iudicavimus Ven.lem fratrem Vincentium, Montis Regalis Episcopum, et quia eius solertiam ac prudentiam perspectissimam habemus et quia tibi acceptissimum esse existimamus propter singularem, tibi que minime obscuram eius erga te observantiam. [10v] Hunc ut benigne excipias et commendatum habeas, rogamus. Habebis enim eum tum isthic, tum in Polonia, qui Maiestatem Tuam comitabitur, paratissimum ad omnia, quae apostolica, quam a Nobis accepit, auctoritate perficere poterit, peragenda; quae minus poterit, Nobis nuncianda. Rogamus Maiestatem Tuam, ut illis in rebus, quas et nunc in adventu ipso et in posterum nostro nomine tecum aget, libenter eum audias, proque nostro Nuncio ordinario habeas, eandemque eius verbis, quam nostris, fidem adhibeas. Datum ut supra<sup>63</sup>.

---

<sup>63</sup> Praecedens breve in registro habet datum 1 Iunii.

## N. 18.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Augustae Taurinorum, 3 VI 1573.

*Significat nuntium electionis ducis Andegavensis (Henrici) in regem Poloniae per litteras Venetiis et ex Gallia allatas confirmatum esse, et scribit, quomodo hoc eventum in aula ducis Sabaudiae celebratum sit. Sperat per eiusmodi electionem Gallos animum suum Turcis propitium, propter periculum Poloniae ex eis impendens, mutaturos esse et etiam Hugonottos ex regno suo omnino expulsuros. Putat novum regem iter suum in Poloniam vel terra per Pedemonitium, Venetias et Vindobonam facere posse, vel mari per freta Danica Gedanum usque navigare. Viam terrestrem per Germaniam, fere ex toto "protestantem" factam, potius excludendam esse videri.*

**Or.:** AV, Nunz.Sav. 4 f. 166r-167r. Na f. 167v inscriptio et vestigia sigilli.

**Reg.:** AV, Nunz.Sav. 3 f. 29v-30r.

**Ed.:** Fonzi NS I, p. 481-482.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore, etc.

Qui s'è havuta la nuova dela elettione del Re di Polonia nela persona di Mons. d'Angiou. Et il primo aviso è stato di 21 di Maggio di Vinetia; dipoi s'è confermato con una lettera di 24 di proprio pugno dela Reina madre<sup>64</sup> a Madama Ser.ma<sup>65</sup>; et hieri comparsero lettere del Re Christianissimo<sup>66</sup> al'Agente suo qui, con ordine di farlo intendere et rallegrarsene con il Sig. Duca<sup>67</sup>, il quale hiersera ne fece publica allegrezza, con molti tiri d'artiglieria nella Cittadella, et questa mattina s'è fatta una processione con l'assistenza di Sua Altezza, del Nuntio et degli Ambasciadori et di tutta la Corte.

Si può sperare che la elettione, essendo caduta in un Principe Cattolico et valoroso, debba con l'aiuto divino apportare in quel Regno non poco giovamento ale cose dela Religione et, per conseguente, satisfattione grande a N.ro Signore et, come che la intelligenza di Francia con il Turco tenghi gli animi de molti in qualche sospensione. Con tutto ciò, potendosi conoscere dagli effetti che la mira del Turco con tal amicitia sia solamente per tenere i Christiani divisi et con questo assicurare il suo Imperio et accresciero ogni di

<sup>64</sup> Catharina de Medicis.

<sup>65</sup> Margarita de Valois (1523-1574), filia Francisci I, regis Galliae, uxor ducis Sabaudiae, Emmanuelis Filiberti, ab a. 1559.

<sup>66</sup> Carolus IX.

<sup>67</sup> Emmanuel Filibertus.

più, con la ruina de potentati vicini, il sodetto Mons. d'Angiou dovrà, per la vicinanza, benissimo considerare che se egli s'accorda con il Turco contra il Moscovito o contra altro Prencipe, con isperanza di ampliare il suo Regno, verria poi a sottoporsi nel medesimo pericolo degli altri vicini, con sua manifesta ruina. Il che non si viene hora a considerare dal canto di Francia per la lontananza del Turco.

S'ha anche da credere che questa elettione sollecitarà la espugnatione [166v] dela Roccella<sup>68</sup> et consequentemente la ricoperatione de l'altre terre, con la estintione di quella maladetta setta in Francia, imperò che non è verisimile che Monsignore, con l'accrescimento di questa felicità, voglia lasciare ad altri la gloria di quella impresa dala quale ne risulta la tranquillità et la grandezza dela Francia. Et dovendo egli ragionevolamente procurare d'avviarsi quanto prima al possesso del suo Regno, farà ogni sforzo per finire la sodetta impresa. Et in questo non gli mancherà ogni possibile aiuto per mezo dela Reina, sua madre, che maneggia il tutto.

Circa il suo viaggio, la strada di Piemonte verso Ferrara, Vinegia, Friuli et Vienna sarebbe la più agevole, la più sicura et forse la più corta; ma per il rispetto dela competenza del Regno che s'è havuta con Hernesto, figliuolo de l'Imperatore<sup>69</sup>, forse s'avvierà per mare, imbarcandosi con una buona armata a Calais per Danimarca ala volta di Dantisco; di dove per poco spatio s'entra nel paese soggetto al Re di Polonia. Et sebene il viaggio sia lungo et esposto ale tempeste del mare settentrionale, nondimeno (per quanto riferiscono) vi sono in quelle spiagge ridotti sicuri in gran numero. La via per la Germania essendo sottoposta a diversi Principi et per la maggior parte heretici, non si potria fare senza grandissimi sospetti.

Hora con questa nuova io penso la settimana seguente andarmene al Mondevì et rassettare le cose dela mia Chiesa, secondo la possibilità mia, [167r] per trovarmi in ordine d'ubbidire N.ro Signore in tutto quello che la Santità Sua si degnerà comandarmi, sperando con la divina gratia che io non l'abbia di essere al tutto inutile servo in ogni luogo ove piaccia a la Santità Sua impiegare la humilissima et devotissima servitù mia verso di Sua Beatitudine et de la Santa Sede. Bacio riverentemente la mano *etc.* Di Turino, a 3 di Giugno 1573.

<sup>(a)</sup>Di V.ra Signoria *etc.*

humil.mo et dev.mo servitore  
il Vescovo del Mondevì<sup>a)</sup>

<sup>68</sup> Cfr. N. 14.

<sup>69</sup> Ernestus Austriacus (1553-1595) ex stirpe Habsburgica, filius imperatoris Maximiliani II, unus ex praecipuis, qui in electione a. 1573 cum Henrico Valesio regnum Poloniae una petebant, cfr. Almut Bues, *Die habsburgische Kandidatur für den polnischen Thron während des ersten Interregnums in Polen 1572/73*, Wien 1984.

## N. 19.

**Card. Tholomaeus Gallio  
Vincentio Lauro**

Romae, 5 VI 1573.

*Brevia credentialia et instructionem mittit ac nuntiat summum pontificem ei viaticum assignasse 500 scutorum, negotiorum eius curatori, Petro A. Bandini, tradendorum; menstruam vero eius pecuniam 200 scutorum fore. Certiorem eum facit in sede Taurinensi episcopum Marturanensem (Hieronymum Federici) ei successurum esse, cui ante discessum suum instructionem de negotiis eiusdem episcopatus in scriptis relinquere debeat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 381r-v. In f. 387v inscriptio et vestigia sigilli ac (alia manu) summarium et annotatio: "Di 5 a Giugno, havuta in Turino a 15 del medesimo 1573".

- **Ed.:** Fonzi NS I, p. 482-483.

Molto Rev.do Monsignore *etc.* Si manda a V.ra Signoria con questa lo spaccio suo, ciò è i brevi et l'instruttione<sup>70</sup>, acciò ch'ella possa quanto prima andare a trovar il Re Eletto et dar principio a la sua legatione.

Sua Santità ha ordinato che si mandino a V.ra Signoria cinquecento scudi per li bisogni del viaggio, i quali non si hanno da computare in parte alcuna ne la provisione sua, che sarà di 200 scudi il mese. Si stava in dubio a chi dovessero pagar qui li detti 500 scudi, non sapendo chi havesse cura de le cose sue; ma havendo dipoi inteso che messer Pietro Antonio Bandini fa per lei<sup>71</sup>, si vederà di farli sborsar in man sua, acciò possa far il servitio di rimmetterli presto. Né havendo per questa a dirle altro, resto pregandole dal Signor Dio sanità et buon viaggio, et offerendomele per sempre con tutto l'core. Di Roma, a li V di Giugno MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Rev.da

<sup>(a)</sup>-Il Successor di V.ra Signoria sarà il Vescovo di Martorano<sup>72</sup>, il quale si trova [381v] in Lombardia, et però fra pochi giorni sarà costì. Ma non perciò doverà V.ra Signoria ritardarsi ad aspettarlo, volendo N.ro Signore che lei se ne vada via quanto prima, come so che farà, lassando qualche instruttione in

<sup>70</sup> Breve ad Henricum Valesium, cfr. N. 17. Instructio non est reperta.

<sup>71</sup> Petrus Antonius Bandini (1514-1592), mensarius Romanus, factor Vincentii Lauro in Curia Romana, cfr. N. 4.

<sup>72</sup> Hieronymus Federici († 1579), epus Marturanensis ab a. 1562.

scritto, che sia data al detto suo Successore, quando arriverà, sopra le cose delle quali giudicherà necessario avvertirlo per servizio di Sua Santità.

come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Manu Tholomaei Gallio.*

## N. 20.

**Seraphinus Olivier**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Bononiae, 6 VI 1573.

*Nuntiat se Bononiam advenisse et scribit, quam humaniter Florentiae a magnis ducibus (de Medicis) exceptus fuerit.*

**Autogr.:** AV, Nunz.Francia 10 f. 227r. Folium inscriptionem et sigillum continens deest.

Ill.mo et Rev.mo Signor mio colendissimo.

Hoggi son giunto qui in Bologna, et ho tardato tanto per viaggio per cagione d'una caduta d'un mio, che'l trattò molto male. Adesso io sono divolto et alevato, di maniera che spero poter ricompensar la tardanza con maggior diligenza. Prego V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma haver la protettion mia et tenermi nella gratia sua. A Fiorenza feci il compimento col Principe et colla Principessa<sup>73</sup>, et da loro fui molto accarezzato come servitore di N.ro Signore. Io non mancherò con tutte le occasioni farle saper quanto giudicherò che faccia di mestiero. Con questo humilmente le bacierò le mani, pregando N.ro Signore Iddio che di continuo la felicitì. Di Bologna, a 6 di Giugno 1573.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et affettionatissimo servitore  
Serafino Olivieri

---

<sup>73</sup> Cosmus I de Medicis (1519-1574) et secunda uxor eius (ab a. 1570), Camilla Martelli, vel filius Cosmi, Franciscus Maria (1541-1587), et eius coniunx (ab a. 1565) Ioanna (1547-1578), filia Ferdinandi I imperatoris.

## N. 21.

**Seraphinus Olivier**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Lugduni, 14 VI 1573.

*Nuntiat se tandem, post molestam famuli sui aegritudinem, qua Parmae affectus esset, et longiorem Augustae Taurinorum apud duces Sabaudiae comorationem, Lugdunum pervenisse. Sperat se mox, nulla interposita mora, Rupellam esse perventurum.*

**Autogr.:** AV, Nunz.Francia 6 f. 247r. In f. 248v inscriptio et vestigium sigilli.

Ill.mo et Rev.mo Signor *etc.*

Questa mattina son giunto qui in Lione con assai fatica per la difficoltà delle strade, guaste dalle eccessive piogge che sono state in queste bande, di maniera che ho tardato più che io no havessi voluto. Et a Parma mi convenne lasciar un mio familiare ammalato, et perciò mi son fermato per forza hoggi in questa città, per haver altri in luogo suo. Spero per tutto Mercordì esser alla corte, et subito dipoi mi partirò per la Rochella, senza metterci altro tempo che quello che sarà necessario per il compimento co' Sua Maestà Christianissima.

Passando per Turino visitai le loro Altezze<sup>74</sup>. Et da Mons. Nuntio<sup>75</sup> fui sommamente accarezzato. Ma detta visita mi tolse una mezza giornata, perciocché Madama<sup>76</sup> non si satiava di ragionar del Re di Polonia<sup>77</sup>, et trattenne si lungamente il ragionamento che, fatta dipoi la visita del Duca, fu tanto tardi che non mi potei partire quella sera. Qui non si dice alcuna cosa di nuovo, solo si sta aspettando di giorno che sia seguito alcun accordo con quei de la Rochella<sup>78</sup>. Prego V.ra Signoria Ill.ma havermi di continouero [sic] nella sua protezione. Et con quello bacio humilmente le mani, *etc.* Di Lione, questo dì 14 di Giugno 1573.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et dev.mo servitore  
**Serafino Olivieri**

<sup>74</sup> Emmanuel Filibertus et eius uxor Margarita de Valois.

<sup>75</sup> Vincentius Lauro, cfr. N. 23.

<sup>76</sup> Ducissa Margarita.

<sup>77</sup> Henricus.

<sup>78</sup> Sermo est de negotiationibus cum Hugonottis ab exercitu regio Rupellae obsidione cinctis.

## N. 22.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincenzio Lauro**

Romae, 15 VI 1573.

*Significat ternas litteras eius, 3 VI datas, sibi redditas esse. Scribit se ei nunc nullum novum mandatum dare circa publicationem in Sabaudia bullae In Coena Domini et aedificationem arcis in oppido Montis Regalis, putare enim eum iam in Galliam profectum esse; suadet, ut iter suum in Poloniam per Novam Epidaurum, Bosniam et Transilvaniam faciat.*

**Or.:** AV, Nunz. Pol. 171 f. 382r. In f. 386v: inscriptio, vestigium sigilli et an-  
 notatio: "Di 15 Giugno, havuta a 29 del medesimo ala Novalesa".

**Min.:** AV, Nunz.Sav. 225 f. 59r.

**Ed.:** Fonzi NS I, p. 483.

Molto Rev.do Monsignore *etc.* Da poi che si è mandato a V.ra Signoria Ill. ma spaccio et l'espeditone sua per andarsene a resedere appresso l'Eletto Re di Polonia<sup>79</sup>, sono capitate tre sue lettere de li III di questo<sup>80</sup>, le quali ho riferite a N.ro Signore. Et perché si può credere che ella sia già partita per Francia, non se le dice altro circa la dilatione che da Sua Altezza<sup>81</sup> vien data ala publication dela bolla in Coena Domini<sup>82</sup>, né circa la fabrica de la Cittadella nel Mondovì, dela qual fabrica sino a questa mattina non era ancor stato parlato a Sua Santità.

Nel discorrere che V.ra Signoria fa del viaggio di Polonia, mi par ch'ella si sia scordato il più facile et forse ancora il più corto, che è di traversare a Ragusa<sup>83</sup> per l'Adriatico, et di là passar nela Bosna, nela Transilvania, et subito in Polonia. Ma forse V.ra Signoria ha rispetto a l'esser la Bosna paese del Turco, che ben' è per molti rispetti di qualche consideratione. A V.ra Signoria mi offero quanto posso *etc.* Di Roma, a li XV di Giugno MDLXXIII.

Di V.ra Signoria *etc.*

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
 il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

<sup>79</sup> Vide N. 19.

<sup>80</sup> Vide N. 19; reliquas duas epistulas, ad publicationem bullae In Coena Domini et aedificationem arcis in civitate Montis Regalis solum pertinentes, edidit Fonzi NS I, p. 479-81.

<sup>81</sup> Emmanuel Filibertus.

<sup>82</sup> Scil. bulla, quae unaquaque Feria Quinta Hebdomadae Sanctae renovari solebat et elenchum excommunicationum, i. a. contra haereticos eorumque fautores, continebat.

<sup>83</sup> Epidaurus Nova (Ragusa, Dubrovnik), oppidum ad mare Hadriaticum in Dalmatia situm.

## N. 23.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

In Monte Regali, 17 VI 1573.

*Nuntiat se litteras eius accepisse sibi mandantes, ut quam primum in Galliam proficiscatur et novo regi Poloniae obviam fiat; de ea re se ducem Sabaudiae certiore fecisse. Notum facit 10 et 11 VI Seraphinum Olivier per Augustam Taurinorum transisse; 12 VI se certiore factum esse de successoris sui, episcopi Marturanensis (Hieronymi Federici) nominatione eumque duci Sabaudiae commendasse; 14 VI se in Montem Regalem pervenisse et ineunte septimana proxime ventura iter in Galliam esse ingressurum; cum per Augustam Taurinorum transiturus sit, munus suum successori traditurum esse, si ille iam illuc advenerit, si adhuc abfuerit, id per litteras facturum. Mandata in instructione contenta accurate exsequi promittit et petit, ut brevia commendaticia etiam ad reginam matrem, regem Galliae, ducem Alenonii, cardinales de Guise et de Bourbon et Margaritam (Navarrae reginam) sibi mittantur. Pro viatico sibi in Poloniam iter facturo assignato et pecunia menstrua sibi illuc destinata gratias agit.*

**Or.:** AV, Nunz.Sav. 4 f. 172r.

- **Ed.:** Theiner AE I, p. 535.

**Reg.:** AV, Nunz. Sav. 3 f. 31r-32r.

- **Ed.:** Fonzi NS I, p. 484-485.

Ill.mo et Rev.mo Mosignore etc.

Con l'ultimo ordinario di Lione, che passò da Turino alli 9, ricevetti la lettera di V.ra Signoria Ill.ma del primo, dala quale ho intenso la prudentissima risoluzione che N.ro Signore ha fatta in volere che il Nuntio destinato in Polonia quanto prima si trovi appresso la persona del Re eletto, per poter con commodità trattare et imprimere nel'animo dela Maestà Sua quelle cose che sono in servizio di Dio et dela Religione Cattolica in quel Regno, avanti che sia distratta in altre occupationi, et che perciò io dovessi prepararmi per partire incontanente che haveria la speditione, la quale mi si manderebbe con il Corriero, che dovea partire da Roma alli 5 per Genova<sup>84</sup>.

Io non mancai la mattina seguente comunicare il contenuto dela lettera a Sua Altezza<sup>85</sup>, et le chiesi licenza di venirmene al Mondevi, ove havevo le mie cose necessarie per il viaggio, affine che potessi ala ricevuta dela spedi-

<sup>84</sup> Cfr. N. 12.

<sup>85</sup> Emmanuel Filibertus.

tione avviarmi subito ala volta di Francia. Sopra di che Sua Altezza commendò molto la intentione di N.ro Signore et prese il tutto in buona parte.

L'istesso giorno a 20 arrivò Mons. Serafino<sup>86</sup>; il quale, come sogliono tutti li Ministri di N.ro Signore che passano per di là, mi fece honore di venir a smontare in casa mia, visitò loro Altezze et a XI proseguì il suo camino per le poste.

Hor, mentre che Venerdì a XII ero con li stivali in piede per partire, mi fu mandata da Scaramuccia la lettera di V.ra Signoria Ill.ma di V, con la spedizione<sup>87</sup>; per il che la mattina di XIII presentai il breve a Sua Altezza. La quale, essendo stata [31v] avisata dal Sig. Abbate di San Solutore, suo Ambasciatore<sup>88</sup>, che il mio successore dovea essere Mons. il Vescovo di Martorano<sup>89</sup>, me ne dimandò con molta istanza et, dopo havere inteso l'honorate virtù et valore di esso Monsignore, mi disse che in questa et in qualunque [sic] altra cosa si conformeria tuttavia al volere di Sua Beatitudine.

Il dì medesimo mi partì da Turino et gionsi quà domenica a XIII, dove ho veramente sentito et sento tuttavia grande afflittione in vedere che sia dato principio ala Citadella con la ruina di queste Chiese<sup>90</sup>. Mi metterò in viaggio al principio dela settimana vegnente et nel passar da Turino, mi ci fermerò solamente un giorno per prendere la ultima licenza da loro Altezze. Et se vi sarà Mons. di Martorano, gli riferirò a bocca, quando no, supplirò con lettera quello che piacque a V.ra Signoria Ill.ma comandarmi in darli ragguaglio delle cose di quà più importanti.

Nel rimanente io mi sforzerò far ogni diligenza, acciò che il più presto che sia possibile mi trovi appresso il Re per eseguire con l'aiuto divino li prudentissimi et santissimi ordini che si contengono nela mia instruttione. Et perciò che è verisimile che quella Maestà nel governo del Regno debba negli affari de' Stati et dela Religione, avanti che parta, pigliare i ricordi et consigli dela Reina sua madre et del Re Christianissimo con l'intervento del Sig. Duca d'Alanson<sup>91</sup> et delli Signori Cardinali di Lorena et di Borbon<sup>92</sup>, non voglio lasciar, con ogni debita humiltà, mettere in consideratione ala Signoria V.ra Ill. ma che gioveria non poco che la Santità Sua con brevi a ciascun di loro in credenza mia, si degnasse essortarli a persuadere il nuovo Re che avesse la mira principale di accomodare le cose dela Religione nel suo Regno per sicurezza di quelli Stati et per bene universale del Christianesimo. Et in questo la opinione et confidenza che piacerà a N.ro Signore mostrare di haver nela persona del Nuntio, risulterà tutta a gloria di Dio et a servizio di Sua Beatitudine. Li quali brevi si potriano inviare a Mons. Salviati con la copia

<sup>86</sup> Olivier, cfr. N. 21.

<sup>87</sup> Cfr. N. 19. Antonius Franciscus Scaramuccia erat summus postarum praefectus in Sabaudia.

<sup>88</sup> Vincentius Parpaglia, abbas Sancti Solutoris, orator ducis Sabaudiae Romae.

<sup>89</sup> Hieronymus Federici.

<sup>90</sup> De quaestionibus, cum aedificatione arcis Montis Regalis coniunctis, scribit Mellano, p. 114.

<sup>91</sup> Catharina de Medicis eiusque filii Carolus IX et Franciscus dux Alensonii.

<sup>92</sup> Cardinales Carolus de Guise et Carolus de Bourbon.

d'essi<sup>93</sup>. Sicome riceverei a favore che mi fosse mandata la copia del breve che ho da presentare al nuovo Re<sup>94</sup>.

[32r] Quanto poi al viatico et all'assegnamento dela provisione, riputerò a favor tutto quello che la Santità Sua reterà servita ordinare per mio trattamento, ringratiando humilissimamente la Signoria Vostra Ill.ma, sì dela commissione data al magnifico messer Pier'Antonio Bandini sopra di ciò, et sì dela certa speranza che mi si dà di havere in compagnia il Sig. Gratiani; il quale sicome aspetto con gran desiderio, così apprezzerò et abbraccerò con l'affetto, conforme ai molti meriti suoi<sup>95</sup>.

Bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma et la supplico che alli sodetti brevi le piaccia aggongerne un altro per la Reina giovane<sup>96</sup>, perché in quella Corte si riceveria per affronto quando passasse un Nuntio senza tal compimento, et massime per il conto che si tiene dela persona del Re di Polonia et per la congiunzione di affetto et di sangue che è tra quei Principi. Bacio riverentemente la mano *etc.* Dal Mondevì, alli XVII di Giugno del [MD]LXXIII.

(<sup>a</sup>-Di V.ra Signoria *etc.*)

humil.mo et dev.mo servitor  
il Vescovo del Mondevì<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 24.

**Seraphinus Olivier**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Lutetiae Parisiorum, 21 VI 1573.

*Significat se Veneris die (19VI) Lutetiam Parisiorum advenisse et a nuntio illic (Antonio Maria Salviati) benigne exceptum esse; eundem nuntium adventum suum regi, cum tota aula extra Lutetiam commoranti, annuntiasse. Nunc se exspectare scribit, donec audientia a rege sibi concedatur, deinde sine mora Rupellam proficisci in animo habere.*

<sup>93</sup> Vide supra, N. 32-33. Cfr. etiam N. 25, 26 et 31, ubi disputatur, utrum opportunum sit eiusmodi brevia mittere necne.

<sup>94</sup> Cfr. N. 17.

<sup>95</sup> Cfr. N. 13.

<sup>96</sup> Margarita de Valois (1552-1615), filia Catharinae Mediceae, soror Henrici et Caroli IX, ab a. 1572 uxor Henrici de Bourbon, regis Navarrae.

**Autogr.:** AV, Nunz.Francia 6 f. 274r-v. In f. 275v incriptio et vestigium sigilli.

Ill.mo et Rev.mo Signor *etc.*

Il mio arrivo in questa città fu Venerdì passato<sup>97</sup> la mattina a bonissima hora, et benché possa parer molto tardi, nondimeno non fu per alcuna mia negligenza, ma per la malignità de' tempi, i quali hanno condotto questo povero Regno in tanta calamità che non si trovano in molti luoghi cavalli, et quelli che vi si trovano sono così mal trattati che non si posson muovere. Et il tutto procede dalla eccessiva et inaudita carestia che fa in queste bande. Né ciò basta che pur vanno continuando i mali tempi et pluviosi, a tale che, se la misericordia d'Iddio non ci aiuta, si starà molto male, a ricetta [sic] Dio per sua bontà ci provveda.

Mons. Rev.mo Nuntio<sup>98</sup> mi raccolse con infinita amorevolezza et, per non ritrovarsi il Re né la Regina<sup>99</sup> in questa città, anchor che ci sia il rimanente dela corte, fece subito intendere alle loro Maestà l'arrivo mio, chiedendo loro l'audienza ove più tornasse comodo et fusse lor di piacere, imperoché il Re non ha caro quando sta per la campagna a piacere che alcuno vada a ritrovarlo, sin che non si ferma in luogo atto a ricevere quelli che hanno a trattar con Sua Maestà in nome de' Principi. La risposta non si è potuta havere sin qui, però non può tardare. Et non si manca di sollicitudine, che veramente non desidero altro che quanto più presto si possa, espedirmi in andarmene alla Rochella.

Questo ci è di buono che non dispiacerà a N.ro Signore che io sono stato il primo che sia comparso per far questo compimento di congratulatione appresso delle Maestà loro. Io non mi estenderò in dar a V.ra Signoria Ill.ma raguaglio de le cose de la Rocella, rimettendomi in tutto et per tutto a Mons. Rev.mo [274v] Nuncio, il quale, come meglio instrutto, sodisfarà in questo et in molte altre cose al bisogno. Prego V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma havermi di continuo nella protettione *etc.* Di Parigi, questo dì 21 di Giugno 1573.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et obligatissimo servitore  
Serafino Olivieri

---

<sup>97</sup> 19 VI 1573.

<sup>98</sup> Antonius Maria Salviati.

<sup>99</sup> Carolus IX et verisimiliter regina mater Catharina de Medicis.

## N. 25.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Novae Alesiae, 28 VI 1573.

<sup>335</sup> Card. Gallio 1 VI 1573 ad nuntium Salviati scribebat summum pontificem, cum de electione Henrici certior factus esset, de qua re 26 V 1573 a cursore legati Commendone consulto Romam misso edoctus erat, e vestigio sollemne sacrum de gratiarum actione celebrari et festum cum artificiosis igitur in Urbe institui iussisse (vide Hurtubise ANG XII, p. 534, cfr. Cenival, p. 172-174).

<sup>336</sup> Hae litterae Henrici ad papam, 23 IX datae, transcriptae etiam erant et adiunctae instructioni, quam rex Ioanni Zborowski in Poloniam redeunti dederat (ed. Przyboś-Zelewski DPP, p. 222-223).

<sup>337</sup> Cfr. N. 17.

<sup>338</sup> Praecedens breve in reg. Vaticano habet datum: 12 XII 1573.

Or.: AV, Nunz.Pol. 171 f. 412r-413r. In f. 413v inscriptio ("In Polonia") et adnotatio: "Ricevuta in Vienna a 14 di Gennaro 1574".

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

Sabbato passato<sup>339</sup> mandai a Mons. Nuntio in Venetia<sup>340</sup> un piego di brevi per la legatione di V.ra Signoria, acciò che gli li consegnasse, sperando che in quel tempo ella potesse trovarsi ivi, conforme a quello che haveva scritto di voler fare, aggiungendo che, non trovandosi V.ra Signoria in Venetia, si mandasse il piego in mano di Mons. di Torcello<sup>341</sup>. Hora le mando con questa un'altro piego, pur di brevi, per supplimento de la sua legatione, con un breve al Re et una lettera di mano propria di N.ro Signore, scritta a la Maestà Sua molto amorevolmente et con quella charità paterna che conviene<sup>342</sup>.

Io credo che V.ra Signoria, havendo intesa la partita del Re da Metz a li XXV del passato, et sapendo il bisogno che ha il Regno di Polonia d'haver presto un Ministro di N.ro Signore per obviare ale machinationi degli heretici, non haverà perso [412v] punto di tempo in proseguir il suo viaggio con ogni diligenza, et che il medesimo farà ala ricevuta di questa. Spero ancora che V.ra Signoria havrà havuta commodità di esser con Monsignor Ill.mo Legato Commendone in Venetia, et da lui haver quelli avvertimenti, che bisognano, dele cose passate et del modo che haverà da tenere<sup>343</sup>. Et oltre di ciò il Gratiani l'aspetta in Polonia per assisterle et servirla in tutto quel che occorrerà.

V.ra Signoria sa quel che contiene la confederatione sottoscritta, dela quale non contenti gli heretici, si dice che sono in gran speranza di farla ampliare a cose più perniciose, et che già hanno formata la petitione. In questo non solo bisogna impedire l'ampliatione, ma il progresso et essecutione di quanto è stato sottoscritto, per le cause et ragioni che V.ra Signoria sa et ne le quali è stata fondata [413r] la protesta<sup>344</sup>.

Io non sarò più longo rimettendomi a la molta prudenza sua et a l'informatione che le sarà stata data da li sopradetti; solo le recorderò di sollecitar il viaggio, et non perder oncia di tempo, perchè il bisogno c'è grande. Così prego N.ro Signore Dio che l'accompagni con la santa gratia et protection sua *etc.* Di Roma, a XII di Decembre MDLXXIII.

Scrivendo il Re Eletto a N.ro Signore in una sua lettera che desidera molto che la sua coronatione sia honorata con legatione di Sua Santità, se li

<sup>339</sup> Id est 5 XII.

<sup>340</sup> Ioannes Baptista Castagna (1521-1590), aepus Rossanensis ab a. 1553, nuntius Venetiis a 15 VI 1573 ad 6 X 1576 (v. Buffardi NV XI, p. IX-X), postea papa Urbanus VII (1590).

<sup>341</sup> Ioannes Dolfin, nuntius Vindobonae.

<sup>342</sup> Vide N. 58. Litterae summi pontificis ad regem manu propria scriptae non sunt servatae.

<sup>343</sup> Vide infra, N. 60.

<sup>344</sup> Vide N. 43.

risponde che V.ra Signoria farà tale officio<sup>345</sup>, et perciò tanto maggiormente doverà accelerar il viaggio, non solo per trovarvisi a tempo, ma per esserci di qualchi [sic] giorni prima per le cause sopradette.

Di V.ra Signoria Rev.da

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

N. 60.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Venetiis, 26 XII 1573.

*Nuntiat se litteras eius, 28 XI et 5 XII datas, una cum brevibus accepisse. Significat praeterea se, habito colloquio cum legato Commendone, confidere coepisse se multa negotia in Polonia ad felicem exitum adducturum esse. Se dolere scribit sibi parum temporis esse, ut ante coronationem, ad 2 II dilatam, in Poloniam adveniat. Gratias agit pro eo, quod secretario Graziani iniunctum sit, ut adventum suum in Polonia expectaret.*

**Reg.:** AV, Nunz.Sav. 3 f. 44r-44v (or. deperiit, deest etiam in indice Nunziatura di Savoia 10).

Al Sig. Cardinale di Como, a 26 di Dicembre 1573 di Vinetia

Nel medesimo tempo che io stava in Turino per imbarcarmi sul Po, heb-  
bi la lettera di V.ra Signoria Ill.ma di 28 di Novembre<sup>346</sup>, et nel mio arrivo in  
questa Città, che fu a 21 del presente, da Mons. il Nuntio, che m'ha cortese-  
mente voluto incontrar et ricevermi in casa sua<sup>347</sup>, mi fu data l'altra lettera  
di 5 del'istante con li brevi di N.ro Signore per il Re di Polonia et per alcuni  
prelati et signori di quel Regno<sup>348</sup>. Et in questo mi sforzerò, con l'aiuto [44v]  
divino, eseguir il prudente ordine et avvertimento che le piacque darmi.

Qui non ho potuto mancar di fermarmi cinque o sei giorni, non tanto per  
le feste, quanto per valermi dela molta prudenza et valore di Mons. Ill.mo

<sup>345</sup> Cfr. N. 58.

<sup>346</sup> Litterae hae non sunt asservatae.

<sup>347</sup> Cfr. epistulam Ioannis Baptistae Castagna ad Gallium, 26 XII 1573, Buffardi NV XI, p. 119.

<sup>348</sup> Cfr. N. 57.

Legato Commendone, il quale con ogni benignità s'è degnato di giorno in giorno instruirmi et avvertirmi delle cose principali per servitio dela religione cattolica in quel paese, di maniera che ove prima giudicavo alcuni capi importanti quasi impossibili, hora non li riputerei molto difficili, pure che li consigli d'alcuni che fanno del politico non siano abbastanti d'introdurre un governo fondato sopra la divisione; di che, a giuditio di esso Monsignor Ill.mo Legato, ne seguera (che a Dio non piaccia) la ruina totale del Re et del Regno, con danno gravissimo dela religione. Là onde importando sommamente la piega che al principio piglieria quel governo, sarebbe veramente stato di infinito giovamento la presenza di questo Signore nel Regno, per la grande authorità et sperienza che ha in quelle Provintie. Ove se dala mia andata soccederà qualche bene, s'ha veramente a riconoscer dopo la bontà di Dio delli ricordi havuti qui dal prefato Signore. A me incresce grandemente per il lungo cammino di Francia et per la irresolutione che quelle Maestà mostro- rono haver circa il mio viaggio col Re, non potermi haver in Polonia qualche tempo avanti che Vi arrivi la Maestà Sua. Pure per quanto mi sarà concesso dala qualità del tempo, userò ogni diligenza possibile, affinché possa con la gratia di Dio andarvi alcuni giorni avanti la coronatione; la quale, per quanto s'afferma, s'è prolongata insino alla festa dela Purificatione. Et ringratio humilissimamente la Signoria V.ra Ill.ma del'officio fatto appresso N.ro Signore, accioché il Sig. Gratiani, Segretario di Mons. Ill.mo Legato, resti in Polonia; da cui spero ricevere non mediocri aiuti per servitio di Dio et dela Sede Apostolica. Bacio etc.

**N. 61.**

**Card. Tholomaeus Gallio  
Vincentio Lauro**

Romae, 2 I 1574.

*Notum facit se litteras eius, alteras 3 XII Augusta Taurinorum, alteras 26 XII Venetiis datas, accepisse. Sperat fore, ut has Vindobonae accipiat. Hortatur eum, ut - sprete caeli intemperie - iter quam maxime maturet.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 414r-v. In f. 425v inscriptio, vestigium sigilli, summarium et adnotatio: "Il Sig. Card. di Como a 2 di Gennaro 1574", et alia manu: "In Cracovia ricevuta a 20 di Febraro 1574".

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 121r-v.

Molto Rev.do Monsignore etc.

Ho ricevuto prima la lettera di V.ra Signoria de li III, data in Turino, et poi l'altra de li XXVI, data in Venetia<sup>349</sup>. È stato di molta consolatione a Nostro Signore d'intendere che ella fosse arrivata ivi a salvamento et da l'Ill.mo Legato<sup>350</sup> havesse havuto li raccordi et informazioni necessarie per le cose di Polonia. Et che insieme lei fusse per far ogni diligenza possibile in accelerar il viaggio a fine di trovarsi quanto prima et innanzi al tempo destinato de la coronatione in Polonia, come ricerca l'urgente bisogno. La presente spero che sia per giungere a Vienna in quel tempo che V.ra Signoria potrà esserci, ove potrà haver più certa nova del progresso del viaggio del Re Eletto, et così regular la sua diligenza; benché quanto maggior sarà, tanto doverà esser di maggior profitto et più grata a Nostro Signore, come V.ra Signoria, meglio instrutta di quanto sia successo, potrà da se stessa conoscere. Et con questo me le offero di buon core, pregando Dio Nostro Signore che le assista sempre. Di Roma a II di Genaro MDLXXIII.

Vostra Signoria conosce per se stessa et haverà anco meglio inteso da l'Ill.mo Legato [414v] quanto importa che lei si trovi per ogni modo a tempo dela Coronatione. Però seben m'incresce a sentirla caminar per questa stagione tanto incommoda, io sono tuttavia forzato a ricordarle la prestezza, benché se il moto genera calore, come dice il Tilesio<sup>351</sup>, riceverà servitio da la diligenza che farà.

Di V.ra Signoria Rev.ma

(<sup>a</sup> come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 62.

**Card. Stanislaus Hosius**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 2 I 1574.

*Se litteras eius accepisse nuntiat. Persuadet ei multos eum in Polonia fidei catholicae fideles repertum esse, ei in munere obeundo adfuturos. Refert de gestis suis cum Elbingensibus et rogat, ne permittat, ut Gedanum, Torunia et Elbinga a rege privilegium accipiant doctrinam Lutheranam libere profitendi, de qua re prolixius a Petro Kostka ei relatum iri scribit. Suggestit, ut regem ad*

<sup>349</sup> Cfr. N. 56 et 60.

<sup>350</sup> Ioannes Franciscus Commendone.

<sup>351</sup> Bernardinus Telesio (1509-1588), philosophus naturae. Locus hic citatus sumptus est ex eius opere *De rerum natura iuxta propria principia*, Romae 1565 (vel ex secunda eiusdem operis editione, Neapoli 1570 in lucem prodita).

*respondendum eis adducat arbitrium in his rebus summo pontifici, nuntio et episcopis, non autem regi, relinquendum esse; regem sibi conscium esse debere se, si in negotio religionis indulgens fuerit, in rebus etiam civilibus cedere coactum iri. Quod ad iuramentum regium de servanda Confoederatione Varsavien-si attinet, suadet ei, ut legat scripta a se ad ducem Nivernensem (Ludovicum Gonzaga) missa. Affirmat unam tantum esse validam iuramenti formulam, illam, quae in Pontificali Romano contineatur, illam vero, iuxta quam rex Lute-tiae Parisiorum iuraverit, irritam esse, cum concepta fuerit, postquam senato-res catholici ex comitiis electionis (Varsaviae celebratis) discessissent. Operum suorum Venetiis editorum dedicationes mittit, ut demonstret, quantopere hae-retici inter se rixosi et dissentientes sint. Nuntiat se Stanislao Drożyński man-davisse, ut Vindobonae compararet libros ei perferendos, qui eam rem confir-ment. Aliquos canonicos, necnon Andream Zborowski ac palatinum Pomera-niae Ioannem Działyński una cum filio Nicolao tamquam fide dignos ei com- mendat. Cum rumore perferatur Albertum in Prussia ducem in fidem catholi- cam inclinare, petit, ut a rege impetret, quo eum in certamine cum adversanti- bus ei Lutheranis, quorum caput sit episcopus Sambiensis Heshusius, adiuware velit. Significat in Ecclesia Lutherana in Prussia regimen episcopale introduc- tum esse.*

Min.: Kraków, BJ, ms. 160 f. 5r-9v (manu Stanislai Reszka).  
- Ed.: Rescius HO II, p. 374-376 (fragmentum, pars prima).

Episcopo Montisregalis, Nuncio,  
in Poloniam 2 Ianuarii Anno D.ni 1574 Romae

Mirabar equidem, quod ita longo temporis intervallo nihil esset a Reve- rendissima Dominatione V.ra litteris meis<sup>352</sup> responsum. Addubitabam et- iam, num illi redditae meae fuissent. Nam et a Duce Nivernensi, et a Card. Estensi ad meas, multo posterius datas, responsum acceperam<sup>353</sup>. Scripse- ram autem et ad primarios in Gallia viros, sex opinor<sup>354</sup>: nullus illorum re-

<sup>352</sup> Epistula Hosii non est reperta.

<sup>353</sup> Ludovicus de Gonzaga (1540-1595), dux Nivernensis (Nevers), unus ex praecipuis consiliariis Henrici Valesii et card. Aloisii d'Este. Litteras Hosii ad eundem cardinalem, Roma 18 X 1573 datas, edidit Rescius HO II, p. 361. Ibidem (p. 457-461): "Altera [post scriptam ad Henricum regem electum] ex- cussio confoederationis, pro instructione Ser.mi Poloniae Regis Henrici ad Ill.mum Ludovicum ducem Nivernensem missa", probabiliter supradictarum litterarum pars praecipua est (utrasque iterum edidit Lanckorońska DAM II, p. 65-73). Responsa ad utramque epistulam Hosii non sunt reperta.

<sup>354</sup> Ex quibus servatae sunt tantum epistulae ad confessarium Henrici, Gulielmum Ruzé, epum An- degavensem, et eius consiliarium, Ioannem Morvilliers, epum Aurelianensem, utraque 18 X 1573 data (ed. Rescius HO II, p. 359-361).

spondit in hunc usque diem. Sed quod aliquando tandem Dominatio V.ra suum silentium ruperit, magnam ex ea re consolationem accepi<sup>355</sup>.

Non sunt adeo res in patria mea deploratae, sicut a nunnulis Dominationi V.rae dictum est. Est quidam, de quo scripseram in litteris meis prolixioribus per Abbreviatorem datis<sup>356</sup>, lepore timidior, qui vel ab umbra sua sibi metuit<sup>357</sup>. Sed reperiet alios procul dubio satis animatos, et modo se virum praestet initio Maiestas Regia, demittent illi cristas, qui nimio plus eas erexisse videbantur. Christi causa agitur, quominus metuere debet Maiestas eius, cum saepe iam sit, quam illi praesens adfuerit, in rebus multo magis arduis et periculosis experta. Fiduciam nostram in Domino positam habeamus, non ille deseret sperantes in se. Reperiet adhuc in Polonia non plus quam septem, sed plus quam septuaginta septem millia, quae nunquam curvarunt genua ante Baal, vel Islebiensem, vel Genevenssem<sup>358</sup>, vel quemcunque tandem alium, et quidem virorum fortissimorum.

Sat scio, quod quae sunt in Prussia tres civitates, quarum una meae quoque iurisdictionis est ecclesiasticae<sup>359</sup>, [5v] petiturae sunt a Maiestate Regia Confusionem [sic] Augustanam, ut in eius possessione confirmentur. Proferent etiam fortasse litteras defuncti Regis, quibus eam illis permisisse videtur<sup>360</sup>. Sed eae litterae non sunt eius generis, ut pondus aliquod habere queant. Qua de re pluribus verbis cum haedis meis egeram, cum ad eos Elbingam venissem, et eis ostendi litteras, quibus defunctus Rex negavit unquam eam Confessionem se illis permisisse<sup>361</sup>. Misi etiam descripta omnia, quae per me fuerunt acta cum Elbingensibus<sup>362</sup>, Scholastico Cathedralis Ecclesiae Cracoviensis, quem audio Christianae fidei contra Christi perduelles haereticos acerrimum esse propugnatorem<sup>363</sup>. Ab eo petet Dominatio V.ra, aut si fortassis interceptae sunt meae litterae, quod huius Interregni tempore non fuit insolitum, a Patritio<sup>364</sup> petet, aut Vladislaviensi Episcopo<sup>365</sup>.

<sup>355</sup> Neque responsum nuntii ad aetatem nostram asservatum est.

<sup>356</sup> Ex quo sequitur, ut duae fuerint epistolae Hosii ad Vincentium Lauro datae, quarum altera per secretarium cardinalis, Stanislaum Reszka, tradita erat (cfr. N. 29).

<sup>357</sup> Agitur fortasse de Adamo Konarski, cfr. Nr. 42-43.

<sup>358</sup> Lutherum, natum in Eisleben, et Calvinum, qui Genavae sibi sedem constituit, in mente habet.

<sup>359</sup> Gedanum in dioecesi Vladislaviensi, Torunia in Culmensi et Elbinga Hosio subiecta in dioecesi Varmiensi.

<sup>360</sup> Agitur procul dubio de litteris Sigismundi Augusti, 4 IV 1567 ad Elbingenses datis, quibus rogabat privilegium libertatis cultus iam 22 XII 1558 illis concessum (v. Szorc, p. 64 et 71).

<sup>361</sup> Has litteras, 26 IX 1568 datas, edidit Rescius HO II, p. 238, cfr. Szorc, p. 71.

<sup>362</sup> Vide Stanislaui Hosii, cardinalis Varmiensis, maioris Poenitentiarum, *De actis cum Elbingensibus Anno D. ni M.D.LXVIII* (ed. Rescius HO II, p. 103-131).

<sup>363</sup> Martinus Izdbieński de Rusiec (1520-1594), scholasticus Cracoviensis ab a. 1572, administrator dioecesis Cracoviensis post mortem Philippi Padniewski.

<sup>364</sup> Andreas Patricius Nidecki (1522-1587), secretarius regius ab a. 1560, canonicus Varsaviensis ab a. 1563, archidiaconus Vilmensis ab a. 1565, postea epus Vendensis (ab a. 1586).

<sup>365</sup> Stanislaus Karnkowski (1520-1603), epus Vladislaviensis (Cuiaviensis) ab a. 1567, postea epus Gnesnensis (ab a. 1581).

Multum a me laboratum est in illis ad Ecclesiam Dei, a qua se per summum sacrilegium praeciderunt, reducendis, sed quantum adhuc profecerim, vehementer me poenitet. Nam eo iam audaciae progressi fuerunt, ut etiam fideles Dei ministros, quos ad sacra Christiano ritu peragenda, et ad purum Christi Evangelium, non autem Islebiensis Antichristi cacangelium praedi-candum eo miseram, non e sua, verum e regia civitate, duobus lictoribus comitatos, turpiter eiecerint. Sic illi Christianam fidem non ferunt, non in sua, sed in regia civitate; [6r] et interea volunt, ut Rex ferat perfidiam Augustanam. Sed hac de re pluribus aget cum Dominatione V.ra Petrus Kostka, Ecclesiae meae Canonicus, ad quem et ipsum eius rei cura pertinet, cum sit in partem sollicitudinis nostrae vocatus<sup>366</sup>. Nunc aliud nihil quam hoc illam admonendam duxi, velit Regiae Maiestati persuadere, aut per alios persuaderi curet, cum ea de re tractaverint: si nollet illis praecise negare, quod petiverint hae tres civitates.

Nam nescio quomodo, quod ego sine magno animi mei dolore commemorare non possum, eo res iam redacta videtur, ut si Deo potius, quam tempori serviendum esse putaverimus, coelum esse statim ruiturum persuasum habeamus. Olim dicebamus in precibus nostris: Deo servire regnare est<sup>367</sup>, nunc dicimus: Tempori servire regnare est, Deo servire Regnum est perdere. Tanta est in Deum diffidentia, tanta in temporis ratione confidentia. Quae tamen quam feliciter ceciderit, in Galliis videmus. Quamobrem si non vult Maiestas illius praecise negare, quod etiam illi Deo tribuendum aliquid existimat, quem nunc tempus vocant, saltem nihil promittat, nec ullas eis litteras confirmationis det. Saltem hoc respondeat: Sui non esse muneris; esse Pontificem Romanum, esse Nuncium hic illius, esse Episcopos; cum iis agant de iis, quae ad fidei causam pertinent; se in alienam [6v] messem fal-cem immittere nolle, nec Polyticum Pontificem agere velle; regia sua potestate se contentum fore; quae pertinent ad Religionem, in iis, quominus (<sup>b</sup>regia quoque sua potestas<sup>b</sup>) pontificiae subiecta sit, minime se recusare.

Tale responsum si dederit insanis illis capitibus, qui sibi non solum regiam, verum et pontificiam potestatem in civitatibus Regiae Maiestati subiectis arrogant, mihi quidem videtur, quod erit responsum placidum, nec habebunt ullam quiritandi causam. Quanto plus autem illis largiendum illius Maiestas putaverit, tanto ad quidvis audendum eos promptiores reddiderit. Et qui nunc nolunt esse Papistae, non ita multo post desinent etiam esse Registae. Sciens loquor, nam hominum ingenia novi, nec mihi sunt eorum etiam ignotae practicae. Qua de re plura cognoscet ex aliis, quibus notiora sunt, quae gesta sunt in hoc Interregno.

---

<sup>366</sup> Petrus Kostka (ca 1532-1595), canonicus Varmiensis ab a. 1562, secretarius regius et canonicus Cracoviensis ab a. 1573. Hosius commendavit eum ad episcopatum Culmensem post mortem Stanislai Żeliszawski (1571) vacantem, postulatio eius tunc expediebatur, provisio tamen non nisi 4 VI 1574 expedita est (v. Korzeniowski AR, p. 118, cfr. Gulik-Eubel III, p. 182).

<sup>367</sup> Dictum ab Alano ab Insulis divulgatum, cfr. Migne PL CCX, col. 435.

Quam autem cuperem, ut haedos meos Elbingenses aliquando ad se vocaret et ex eis quaereret, cur me Pastorem et Episcopum animarum suarum reiecerint, et suis auribus servientes alios acciverint; qui vero missi fuerunt a me, eos e civitate regia exterminaverint. Priusquam autem his de rebus cum illis ageret, vellem, quod non graveretur sumere laborem acta Elbingensia perlegendi. Sic enim de rebus omnibus informata, maiore cum fructu cum illis agere posset. Verum haec de meis haedis dicta sufficiant, contra quos, ut non mihi, sed [7r] ipsi Christo, cuius causam agimus, operam suam diligenter navare velit, maiorem in modum ad illa peto.

Quod autem ad Iusiurandum attinet, bona spe sum, quod cassa et irrita reddentur omnia, quaecunque sunt Parisiis extorta. Qua de re apud eosdem illos duos, quorum antea memini, pleraque scripta reperiet, et apud Excellentissimum Ducem Nivernensem, nisi forte, quod nollem, intercepta sunt, quae a me scripta fuerunt. Ut autem in hanc spem veniam, haec me ratio maxime movet, quod inter illos ipsos, qui ludunt fidibus, de religione magnum est dissidium, ut si quaesitum fuerit, quam fiduciam confirmari velint, quod respondeant habituri non sint. Nam quidam volent Sandomiriensem, de qua multa tractata fuerunt proximo superiore mense Septembri Cracoviae<sup>368</sup>, quidam Augustanam, alii Tigurinam vel Genevensis, alii Blandratianam<sup>369</sup>, alii aliam. Omnes autem, ut confirmet Regia Maiestas, in hoc nunquam consentient omnes.

Deinde vero a quo coronabitur Maiestas eius, in eius manibus solitam iuramenti formulam in Pontificali praescriptam recitare debet; quae certe non conveniet cum illa, quam Parisiis recitavit. Alia multa poterunt ab iis, qui praesentes adsunt, inveniri, quibus effici possit, ut inducantur omnia et sempiterna oblivione obruantur, quae Parisiis acta fuerunt. Cum praesertim et hoc perspicuum sit, [7v] quod aliter mandata fuerint oratoribus missa, quam erat in Regni Comitii decretum. Cum enim praecipui Catholici Senatores, fortassis ut sumptum fugerent, festinate discederent e Comitii, electo iam Rege, haeretici, qui sicut olim Iudas in prodendo Christo, sic et ipsi solent esse vigilantiores in Christi causa oppugnanda, soli prope remanserant et iuxta quod illis visum fuit, designatis oratoribus, mandata scribi curaverant<sup>370</sup>. Quae certius et uberius omnia Dominatio V.ra cognoscat ex iis, qui melius quam absens ego, cum praesentes adfuerint, ea perspecta habent et explorata.

---

<sup>368</sup> Sermo hic est de synodo generali evangelicorum Polonorum, Cracoviae diebus 29 IX - 1 X 1573 celebrata, in qua Consensus Sandomiriensis, quem vocabant, confirmatus est, qui inter eos initus erat a. 1570, vide Sipayło III, p. 5-11 (Consensus Sandomiriensem edidit Sipayło II, p. 295-297).

<sup>369</sup> Augustanam, id est Lutheranam; Tigurinam, id est Zwinglianam; Genevensis, id est Calvinianam; Blandratianam, id est Antitrinitarianam, sic dictam a nomine capitis huius factionis in Hungaria et Polonia, Georgii Blandrata (ca 1515-1588).

<sup>370</sup> Re vera articuli Henriciani, qui iuramentum regium in Confoederationem Varsaviensem continebant, propositi et ab oratoribus Gallicis accepti fuerunt 12 V 1573, oratores ad electum regem designati 16 V, comitia vero conclusa sunt 20 V (cfr. Konopczyński, p. 140 et infra, N. 16, annotationem 53).

Forti animo opus est et in Deum fiducia, quem si Regia Maiestas ostenderit in ipso initio, habebit Regnum pacatius, et omnes subditos multo sibi magis morigeros. Palam omnibus faciat se neminem timere praeter Deum, et eius timore, quo minus quae petuntur contra Deum concedat, prohiberi. Talem si se declaraverit, non solum nulli motus erunt pertimescendi, verum etiam quietiora deinceps erunt semper omnia. Timebitur ab omnibus timens Deum, reverebuntur Maiestatem eius omnes, in oculis ferent omnes. Haec Dominatio V.ra subinde Maiestatis eius auribus inculcet.

Cui tradi Venetiis iusseram lucubrationes nostras in ea urbe nuper editas, in quibus duae sunt epistolae dedicatoriae, una ad Sanctissimum Dominum Nostrum, altera ad Regem<sup>371</sup>. Quas si legere gravata non fuerit, fortassis non erunt inutiles. Nam si nihil [8r] aliud, cognoscet ex illis ipsorum inter se Lutheranorum plus quam capitalia dissidia, quae et ipsa magnum adferre momentum poterunt ad persuadendum, ne perfidia Augustana recipiatur, quandoquidem inter ipsos tantae rixae sunt atque dissensiones, et invicem tam atroces haereses exprobrant. Vellem autem, ut haberet eos libros, quorum in illis epistolis memini, quos ut secum perferendos in Poloniam curaret, familiari meo Stanislao Drozinio, si modo reperiri Vienna possint, mandavi<sup>372</sup>. Quod ab eo factum esse non dubito. Praecipue vero vellem, ut haberet Evangelicam Inquisitionem Georgii Ederi, praeclarum librum et lectu dignissimum, tantoque magis expetendum a Catholicis omnibus, quanto <sup>(b-</sup> minus eum ferre possunt haeretici<sup>-b)</sup>, in quorum oculis sudes quidam libellus hic esse videtur<sup>c)</sup><sup>373</sup>.

Ego de mittendo quopiam isthuc non cogito. Nam scio, quanti mihi constiterit in Gallias missio<sup>374</sup>, cum interea, quod aiunt, et oleum et operam perdiderim. <sup>(b-</sup> Nec sunt eo loco rationes meae, sumptus ut istos ferre queam<sup>-b)</sup>. Deinde vero non sunt isthic defuturi Dominationi V.rae, qui possint illi salubria consilia suggerere, etiam ex minoribus Praelatis (sic enim vocantur apud nos Ecclesiarum Cathedralium Canonici, qui maiorem prae caeteris Christianae fidei tuendae zelum habere feruntur). Commendatur inprimis Scholasticus Craccoviensis Martinus Isdbiinsky a Rusiec, Praepositus Vladislaviensis Matthias Drzewiczki, vir valde pius<sup>375</sup>, Lucas Podoski Praepositus Gnesnensis<sup>376</sup>, Stiborius Krzikowski Canonicus Craccoviensis<sup>377</sup>, Pe-

---

<sup>371</sup> Hosius hic in mente habet sua *Opera omnia* a. 1573 Venetiis edita, duas praefationes (dedicationes) continentia: "Sanctissimo Domino N.ro Gregorio XIII, Pontifici Maximo, ex Sublacensi secessu, XVIII Cal. Septembris MDLXXIII" et " Ser.mo Principi Henrico Valesio, Caroli IX Christianissimi Regis fratri" (datum ut supra).

<sup>372</sup> Stanislaus Drożyński, ab Hosio occasione coronationis Valesii in Poloniam missus.

<sup>373</sup> Georgius Eder (1523-1587), rector universitatis Vindobonensis ab a. 1557, consiliarius theologicus imperatoris Maximiliani II ab a. 1563. Liber, de quo hic sermo est, inscribitur: *Evangelische Inquisition wahrer und falscher Religion*, Dillingen 1573.

<sup>374</sup> Scil. missio Stanislai Rescii.

<sup>375</sup> Matthias Drzewicki (1505-1575), coadiutor praepositi capituli Vladislaviensis Ioannis Parzniewski ab a. 1540.

<sup>376</sup> Lucas Podoski (1526-1584), secretarius regius ab a. 1554, praepositus Gnesnesis ab a. 1568.

trus Kostka Canonicus Ecclesiae meae Varmiensis, Stanislaus Dambrowski [8v], nisi fallor Archidiaconus Gnesnensis<sup>378</sup>, Paulus Glogowski Decanus Plocensis<sup>379</sup>, <sup>(b-</sup>Paulus Małolin, Abbas et Officialis Plocensis<sup>-b)</sup><sup>380</sup>, Ioannes Powodowski, Canonicus Posnaniensis<sup>381</sup>, Laurentius Gosliczki, Canonicus Craccoviensis<sup>382</sup>, Patritius, Archidiaconus Vilmensis, <sup>(b-</sup>Matthias Curski, Canonicus Plocensis<sup>-b)</sup><sup>383</sup>, Stanislaus Krasinski, frater Episcopi Craccoviensis<sup>384</sup>, Ossowski Referendarius Curiae<sup>385</sup>. Quibus adiungi potest vir magna nobilitate, excelsi cuiusdam animi et magno Catholicae fidei tuendae zelo praeditus, Andreas Zborowski, frater Palatini Sendomiriensis<sup>386</sup>; sicut lili-um inter spinas, sic ille solus Catholicus et amicus Dei inter fratres Haereticos. Erunt et alii, quorum nomina mihi nunc non succurrunt, quibus certe Dominatio V.ra fidere potest.

<sup>(b-</sup>De rebus vero terrae Prussiae, quae propius ad me pertinere videntur, instrui poterit a Palatino Culmensi, vel a filio eius Nicolao, qui fuit apud me a puero educatus<sup>387</sup>. Narrabit alter eorum Dominationi V.rae, quae fuerint in terrarum Prussiae Comitibus acta: quanta contentione postulatum sit, ut omnes et petitioni de Confusione Augustana subscriberent, et litteras publico terrarum Prussiae sigillo obsignatas Regiae Maiestati offerrent; quam ad rem Palatinus, qui post Episcopos principem in Senatu locum obtinet, consentire nunquam voluit. Est is vir valde pius et in fide Catholica constans, cum ante meum in Prussiam adventum fuerit Haereticus, et<sup>c)</sup> Dei misericordia primum, deinde mea quoque opera factus Catholicus, omnes filios postea suos mihi tradidit educandos. Quem ego diligenter Dominationi V.rae commendo. Dignus enim est, qui diligatur ab illa.

---

<sup>377</sup> Stiborius Krzykowski (ca 1518-1573), scholasticus Vladislaviensis et canonicus Cracoviensis ac secretarius regius ab a. 1556.

<sup>378</sup> Stanislaus Dąbrowski (1502-1575), cancellarius olim aepi Nicolai Dzierzgowski, archidiaconus Gnesnesis ab a. 1548, canonicus Cracoviensis ab a. 1554.

<sup>379</sup> Paulus Glogowski (1502-1580) secretarius regius ab a. 1533, archidiaconus - non decanus - Plocensis ab a. 1547.

<sup>380</sup> Paulus a Małolin (Kalecki, ca 1508-1578), abbas monasterii Ordinis s. Benedicti Plociae saltem ab a. 1553, vicarius generalis et officialis Plocensis ab a. 1557.

<sup>381</sup> Ioannes Powodowski († 1585), scholasticus Posnaniensis ab a. 1558.

<sup>382</sup> Laurentius Goślicki (ca 1530-1607), secretarius regius ab a. 1570, canonicus Cracoviensis ab a. 1572, epus Camenecensis ab a. 1586, deinde Chelmensis (ab a. 1590), Premisliensis (ab a. 1591) et Posnaniensis (ab a. 1601).

<sup>383</sup> Matthias Górski ignotus. Agitur forsitan de Nicolao († 1573), canonico Plocensi ab a. 1568.

<sup>384</sup> Stanislaus Krasinski (1534-1598), secretarius regius ab a. 1556, custos Plocensis et canonicus Cracoviensis ab a. 1571, archidiaconus Cracoviensis ab a. 1573.

<sup>385</sup> Stanislaus Ossowski († 1580), canonicus Vladislaviensis et secretarius regius ab a. 1561, referendarius curiae regiae et cantor Gnesnensis ab a. 1568.

<sup>386</sup> Andreas Zbrowski (cfr. N. 40), frater Petri († 1580), palatini Sandomiriensis ab a. 1568, acerrimi sectatoris Calvinii.

<sup>387</sup> Ioannes Działyński († 1583), palatinus Culmensis ab a. 1556, et eius filius Nicolaus Działyński (ca 1540-1604), a. 1564-1566 domesticus Hosii Romae, postea palatinus Culmensis (ab a. 1584).

[9r] Vicinus quoque meus Dux in Prussia dicitur in Papismum, hoc est in Christianismum, inclinare<sup>388</sup>, nisi quod ei subditi vehementer adversantur, et sibi quendam elegerunt rigidiorum Lutheranorum Heshusium, sicut ad me scribitur, invito Duce<sup>389</sup>. Quod si ita est, quaeso curet ipsum Ducem Regiae Maiestatis litteris confirmandum et ut eum adiuvet Regia Maiestas, qui possit Heshusium hunc expellere, de quo Wittembergenses quoque distichon hoc ediderunt:

Queritur Heshusius cum sexta pulsus ab urbe est.  
In promptu causa est: seditiosus erat.

Hoc distichon scriptum fuit ante sex annos, cum adhuc fui in Prussia. Nunc possit addi: Bis sexta pulsus ab urbe. Sic qui nusquam alibi locum habere possunt, quos etiam ipsi non ferunt Lutherani, veniunt in Prussiam, ut ibi seditiones excitent. Quos ego minime ferendos esse putarem.

Est autem hoc novum in Prussia, quod Lutherani vocentur Episcopi, nam prius Superintendentes vocabantur. Uno anno, antequam ego me Romam contulissem<sup>390</sup>, sibi nomen Episcopi Merlinus usurpavit<sup>391</sup>. Vellem ut urgeret apud Maiestatem Regiam, ut Heshusium expellendum ex Prussia curet. Quod non magno negotio factum iri puto, quandoquidem ab eo vehementer abhorreere Dux dicitur. [9v] Si vero non fuerit expulsus, hoc saltem efficere conetur, ut ne sibi nomen arroget Episcopi, sed Superintendens iuxta phrasim Lutheranam vocetur.

Quod si Regia Maiestas prae caeteris fratribus Zborowiis Andream, de quo paulo ante scripsi, augere vellet et honestare, rem faceret pietate sua dignam. Sic enim palam omnibus faceret, quod non alios ad honores cunctos [recepit]<sup>e)</sup>, quam Catholicos. Quod si declaraverit in ipso statim ingressu in Regnum, futurum spes est, ut multi redeant ad unitatem Ecclesiae<sup>a)</sup>. [8v] Sed ego longior esse nollem. Deum precor, ut consilia nostra secundet, ut optatum eorum exitum largiatur, ut gloriosum de Christi perduellis haereticis triumphum concedat. Qui Dominationem V. ram incolumem isthuc ducat et postquam annos aliquos legatione sua feliciter functa fuerit, magis etiam incolumem reducat.

a) *Sequitur expunctum*: quarum etiam exemplum Dominationi V. rae mitto

b-b) *Adscriptum in margine*

c) *Hic desinit textus a Rescio editus.*

d) *Sequitur expunctum*: mea opera

e) *Hoc verbum erasum esse videtur, sed nihil aliud in eius locum scriptum apparet.*

---

<sup>388</sup> Agitur de falso rumore, quasi dux Albertus in gremium Ecclesiae Romanae redire conaretur, qui propter controversiam Osiandrianam in Ecclesia Pruthena excitata ortus est.

<sup>389</sup> Heshusius Tilemanus (1527-1578), theologus Lutheranus, epus Sambiensis ab a. 1571.

<sup>390</sup> Hosius a. 1569 Romam profectus est.

<sup>391</sup> Ioachimus Mörlin (1514-1571), sectator Lutheri, a. 1550-1553 decanus et superintendens Regiomontanus, a. 1553-1567 inde expulsus.

## N. 63.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 9 I 1574.

*Mandat ei, ut - voluntati summi pontificis obtemperans - Aemilium Malvezzi regi commendet, nam legato Commendone tempus defuit, ut id facere posset.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 415r. In f. 424v inscriptio, vestigium sigilli, summarium et adnotatio: "Ricevuta in Cracovia a 20 di Febraro 1574".

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 122r.

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

La Santità di N.ro Signore mi ha ordinato di scrivere a V.ra Signoria che favorisca, quanto honestamente potrà, le cose del Sig. Emilio Malvezzi, gentil'huomo Bolognese, con la Maestà del Re di Polonia quando sarà tempo conveniente di trattarne, et V.ra Signoria ne sarà ricercata da gli agenti di esso<sup>392</sup>.

Questo medesimo si era scritto a l'Ill.mo Legato Commendone, ma perché le lettere lo trovorno partito, N.ro Signore ha voluto che si replichi a V.ra Signoria, acciò da lei se gli dia compimento. Né essendo questa per altro, a lei mi offero di core, *etc.* Di Roma a IX di Gennaro MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Rev.da

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
 il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 64.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Vindobonae, 15 I 1574.

*Nuntiat de colloquio suo cum Commendone Venetiis habito et pridie eius diei Vindobonam adventu. Significat se a mandatario regis Galliae certiore*

---

<sup>392</sup> Aemilius Malvezzi, Bononiensis in ministeriis Sigismundi Augusti, ante cuius mortem erat negotiorum Polonorum curator in Italia. Deinde inter servitores Ioannis III Vasa cooptatus est. Hosius quoque eum Valesio commendabat (vide instructionem Stanislaw Rescio ad regem christianissimum datam, Kalinowska, p. 539).

*factum esse regem Poloniae (Henricum) 5 I Halam advenisse et 8 I fines Saxoniae Torgae transgredi cogitasse, per dictiones vero imperatoris in Lusatia 11 I transire et paucis diebus post in Międzyrzecz fines Poloniae ingredi intendere; tum, Sigismundi Augusti cadavere Cracoviam translato et celebratis exsequiis, coronationem suam, ad 2 II indictam, eum celebraturum esse. Notum facit literas eius et brevia sibi reddita esse. Nuntiat postero die se imperatorem (Maximilianum) salutaturum esse, perendie autem in Poloniam iter ingressurum.*

**Reg.:** AV, Nunz.Savoia 3 f. 45r.

**Or.** deperiit (deest in indice Nunz.Sav.10).

Con la ultima mia di Vinetia ho dato conto ala Signoria V.ra Ill.ma delle informationi, che io hebbi a pieno da Mons. Ill.mo Legato Commendone sopra le cose di Polonia<sup>393</sup>. Hora, essendo hieri arrivato in questa Città et cortesemente ricevuto da Mons. il Vescovo di Torcello Nuntio<sup>394</sup>, non voglio mancar d'avisarla che hoggi l'agente del Re Christianissimo<sup>395</sup>, che è venuto a vedermi, mi ha detto haver aviso che il Re di Polonia ali V era gionto in Ala<sup>396</sup>, et il di seguente dovea partire per trovarsi ali VIII in Torga<sup>397</sup>, terra del'Elettor di Sassonia<sup>398</sup>, con intentione di arrivar ali XI in Lusatia, paese del'Imperatore, dove Sua Maestà Cesarea havea mandato per riceverlo et accompagnarlo per quanto s'estendeva la sua giurisdittione. Et in pochi giorni sarebbe in Mezeris, primo luogo dela Polonia<sup>399</sup>; ove come saria entrato, s'era dato ordine di fare da Varsovia portar il corpo del Re morto a sepelire in Cracovia<sup>400</sup>. Et quivi, dopo fatte le esequie, il Re veneria a far l'entrata et la Coronatione. La quale s'era prolungata insino al giorno dela Purificatione<sup>401</sup>. Et Sua Maestà dovea soggiornare sei o sette dì in Posnania<sup>402</sup>. Talché io spero con la grazia di Dio arrivar in tempo che potrò in parte far gli officii che si desiderano.

Ho havuto qui dal sodetto Mons. Nuntio la lettera di V.ra Signoria Ill.ma di XII di Dicembre, et li brevi con la bolla delle facultà dela Nuntiatura,

<sup>393</sup> Cfr. N. 61.

<sup>394</sup> Ioannes Dolfin.

<sup>395</sup> Caspar de Montmorin, orator Caroli IX Vindobonae, cfr. N. 41.

<sup>396</sup> Hala ad Salam (Halle an der Saale), oppidum in Saxonia.

<sup>397</sup> Torga (Torgau), oppidum in Saxonia.

<sup>398</sup> Augustus Pius.

<sup>399</sup> Międzyrzecz (Germanice Meseritz), oppidum ad fluvium Obra situm. Rex Henricus advenit ibi die 24 Ianuarii a. 1574 (cfr. Przyboś-Zelewski DPP, p. XI).

<sup>400</sup> Corpus demortui regis Sigismundi Augusti († 7 VII 1572), quod in arce regia in Tykocin (in confinibus Poloniae et Lithuaniae) servabatur, die 10 IX 1573 sollemniter Varsaviam translatum fuit (cfr. Cynarski, p. 206).

<sup>401</sup> Id est 2 II (cfr. N. 60). Re vera procrastinata fuit usque ad diem 21 II (vide infra, N. 70).

<sup>402</sup> Posnaniae commoratus est diebus 18-27 Ianuarii 1574 (cfr. "Descriptionem itineris Regis Poloniae" in AV, Nunz.Francia 6 f. 642r).

et insieme l'altra che le piacque scrivermi di XXVI<sup>403</sup>, in risposta delle quali m'occorre solamente dir che dal canto mio non si mancherà secondo l'ordine di lei usar la diligenza et desterità che mi sia possibile per eseguir la santissima intentione di N.ro Signore.

Io penso domane far riverenza al'Imperatore et il giorno appresso avviarmi ala volta di Polonia<sup>404</sup>, et senza perder punto di tempo proseguire il rimanente del viaggio che sarà di X giornate in circa. Bacio etc.

### N. 65.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 16 I 1574.

*Notum facit summum pontificem annum 1575 Annum Iubilaei pronuntiasse et mandat, ut episcopi eum in Polonia intimari curent.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 417r. In f. 422v inscriptio, vestigium sigilli et adnotatio: "Di 16 di Gennaro 1574, havuta in Cracovia a 20 di Febraio". In f. 416r duplicatum huius epistulae.

Molto Rev.do Monsignore etc.

La Santità di N.ro Signore, considerando che comincia ad accostarsi l'anno del Sacro Iubileo et volendo celebrarlo conforme al'antico costume et decreto de la Santa Chiesa, ha ordinato che si facci publicare in tutte le parti dela Christianità la celebration d'esso, che sarà l'anno prossimo seguente in Roma, accioché tutti quelli che desiderano far acquisto di dono così grande et pretioso, habbino tempo conveniente da prepararsi a venir qua<sup>405</sup>. Però

<sup>403</sup> Vide N. 59 et 61 (epistulae), nec non N. 47-52 (brevia commendaticia et bulla facultatum).

<sup>404</sup> Lauro non nisi 17 I imperatorem Maximilianum adiit. De qua re et de eius die sequenti projectione Vindobona memorat nuntius Dolfin in litteris ad Gallium, 22 I 1574 datis: "Domenica Mons. del Mondevi, che volse ch'io gli facessi compagnia, andò a baciare le mani alle Maestà dell'Imperatore, Imperatrice, Re d'Ungaria et principi minori, dai quali tutti è stato ricevuto con quel honore che si conviene ad un Ministro di Sua Beatitudine, et che meritano le sue proprie virtù et condizioni... Lunedì dopo desinare, essendo prima stato visitato da tutti questi Signori Ambasciatori et molti Signori della Corte, con satisfatione grandissima d'ognuno, si parti di qui; et in dieci giorni spera di essere in Cracovia, molto innanzi al Re, per il conto che facciamo" (Bues NBD III/7, p. 338-339).

<sup>405</sup> Annus Iubilaei 1575 a Gregorio XIII in consistorio 7 I 1574 celebrato proclamatus est (vide AV, Arch. Consist., Acta Camerarii 11f. 168v).

per ordine di Sua Beatitudine V.ra Signoria procurerà che dali Vescovi di co-  
teste parti sia data diligente commissione ali predicatori et a li Rettori del-  
le Parochie d'intimarlo et publicarlo, come è detto, et non una volta, ma più  
et più volte. Con questo a V.ra Signoria mi offero di core *etc.* Di Roma, a li  
XVI di Genaro del [MD]LXXIII.

<sup>(a)</sup>Di V.ra Signoria Rev.ma

come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 66.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 23 I 1574.

*Cum non dubitet regem (Henricum) ante eum in Poloniam adventurum esse, hortatur eum, ut iter illuc suum acceleret. Aliquas notationes de nuntiatura Polona, a (Vincentio) Dal Portico scriptas, mittit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 418r. In f. 421v inscriptio, vestigium sigilli et adnotatio: "Di 23 di Gennaro, havuta in Cracovia a 3 di Marzo".

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 123r-v.

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

Si come non ho dubio alcuno che la presente non sia per trovar V.ra Signoria in Polonia, così temo assai che lei, con ogni diligenza che habbi potuto fare dopo la partita di Venetia, non vi si sarà potuto trovare prima del Re, facendosi conto dali progressi del suo viaggio, secondo li avvisi di Germania, che Sua Maestà possa esser arrivata al principio di questo mese. La quale tardanza di V.ra Signoria non può se non esser stata di danno grande a la causa di Dio et de la sua santa religione, et perciò fa di bisogno risarcirla con tanto maggior vigilanza et sollecitudine.

Con questa sarà una scrittura fatta da Mons. Portico per instruzione di cotesto officio<sup>406</sup>, nela quale se ben sono molte cose che non occorre di ricordare a V.ra Signoria, pur poi che ve n'è alcuna che può servire, m'è parso bene di mandargliela, accioché [418v] se ne vaglia per quel ch'è. Nel resto, havendo lei havuta così piena informatione da Mons. Ill.mo Commendone<sup>407</sup> et, come io credo, dal Gratiani dele cose successe di poi<sup>408</sup>, non ho che dirle altro, se non che N.ro Signore aspetta d'intendere del suo salvo arrivo, et che habbi dato principio a opere degne del valore et bontà sua in servizio di Dio. Et con questo me le offero *etc.* Di Roma, a XXIII di Genaro MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Rev.ma

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

#### N. 67.

**Card. Tholomaeus Gallio  
Vincentio Lauro**

Romae, 30 I 1574.

*Cum desit consensus epi Engolismensis (Caroli de Bonis), ut Lauro prioratui Dumiers renuntiet in favorem collegii Lugdunensis Societatis Iesu, mandat ei, ut talem consensum a dicto episcopo, in Poloniam profecturo, impetrare nitatur.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 419r. In f. 420v inscriptio, vestigium sigilli, summarium (alia manu) et adnotatio: "Havuta in Carcovia [!] a li 8 di Marzo 1574".  
**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 124r.

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

La Santità di N.ro Signore ha con molta contentezza inteso che V.ra Signoria habbi renunciato dui Priorati che haveva, per il Collegio de la Com-

---

<sup>406</sup> Hoc scriptum: *Pro Regno Poloniae consideranda a Nuntio Apostolico*, servatum est in diversis apographis Archivi Secreti Vaticani. Ex exemplari ab ipso Dal Portico ad usum card. Alexandri Farnese confecto ediderunt illud Valerianus Meysztowicz et Wanda Wyhowska De Andreis (DPAP I, p. 107-117).

<sup>407</sup> Cfr. N. 59.

<sup>408</sup> Cfr. N. 70.

pagnia di Giesù di Lione<sup>409</sup>, vedendo la viva charità, con la quale si è mossa in aiuto di quella santa opera. Ma perché s'intende restar qualche difficoltà sopra quello Dumieris<sup>410</sup>, per non essersi anchora havuto il consenso da Monsignor d'Angolesme<sup>411</sup>, il quale poi che dovrà esser in Polonia et V.ra Signoria haverà commodità di trattar seco<sup>412</sup>, N.ro Signore si contenta per che si dia buon fine al negocio che, occorrendo, ella spenda il nome suo co'l detto Signore. Con che pregando Dio N.ro Signore che la prosperi *etc.* Di Roma, a li XXX di Genaro MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Rev.da

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 68.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 5 II 1574.

*Nuntiat de suo 30 I Cracoviam adventu et refert de hospitio sibi ab episcopo (Francisco Krasiński) facto ac de colloquio cum eo habito supra Confoederatione (Varsaviensi); in illo colloquio episcopum se excusare voluisse, cur confoederationi subscripserit: timuisse enim, ne propterea electionis tempore tumultus concitarentur; postea tamen promississe contra eam acriter repugnare, quamvis id factu difficillimum fore existimet, cum palatini et nuntii terrestres comitiis coronationis interfuturi haeretici sint, et Cracoviae multo potentiores eos futuros esse putat, quam in comitiis electionis Varsaviae celebratis fuerint, in urbe scilicet, quae in catholica Masovia sita sit; praeterea regem confoederationem iam iuramento confirmasse. Significat se Antonium M. Graziani exspectare statuisse, qui intra paucos dies Francofurto (ad Viadrum), quo ad salutandum regem profectus esset, reversurus sit. Notum facit se interea cum episcopis et senatoribus saecularibus, ad exsequias Sigismundi Augusti 11-15 II celebrandas adventuris, collocuturum esse. Refert praeterea de haeticorum moliminibus et*

<sup>409</sup> Haec beneficia Lauro eo tempore accepisse videtur, cum una cum card. Francisco de Tournon in Gallia commoratus esset.

<sup>410</sup> Agitur de loco Dunières (cfr. *infra*, N. 78), ca 60 km a Lugduno versus meridiem. Aliud beneficium hic memoratum erat Sainte-Marie de Tense (cfr. Fouqueray I, p. 475).

<sup>411</sup> Carolus de Bonis (†1603), epus Engolismensis (Angoulême) ab a. 1567.

<sup>412</sup> De Bonis non erat profectus una cum rege Henrico in Poloniam ob infirmitatem, in quam incidit ante illius discessum, *vide* N. 78.

*timiditate catholicorum, de oratoribus exteris et de spe in consiliariis regis, marescalco Retz et epo Rambouillet, posita.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 24r-26r. In f. 26v inscriptio, et vestigium sigilli.

**-Ed.:** Wierzbowski VL, p.1-4.

**Reg.:** AV, Nunz.Savoia 3 f. 45v-47r.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore etc.

Io non voglio mancar di dar aviso ala Signoria V.ra Ill.ma con questa mia che, per la gratia di Dio, sono arrivato prosperamente in questa Città ali 30 di Gennaro. Et percioché il dì avanti havea inteso che Monsignor Antonio Maria Gratiani molti giorni prima era ito a trovar il Re in Francfurt<sup>413</sup>, mandai un mio con una lettera credentiale a visitar Mons. il Vescovo di Cracovia<sup>414</sup>, darli nuova del mio arrivo in questo Regno et pregarlo anche di farmi dar l'alloggiamento, ove sogliono habitar i Nuntii Apostolici. Il detto Signore mi mandò subito un de' suoi Canonici per compimento et poi un miglio lontano dala Città mi fece incontrar dal Capitolo da tre suoi fratelli<sup>415</sup> con la sua famiglia, scusandosi di non esser venuto in persona per trovarsi indisposto d'un suo catarro ordinario che lo molestava più del solito. La sera che io venni qui, perché le mie stanze non erano in ordine, alloggiài in casa sua et fui ricevuto dal prefatto [sic] Signore nela porta del suo palazzo molto cortesemente. La mattina andammo in compagnia nela Chiesa cathedrala per assistere ala messa solenne che si cantò col Te Deum laudamus et con la processione dentro la chiesa per l'arrivo di Sua Maestà nel Regno. Et il giorno medesimo, dopo desinare, volse accompagnar mi insino al mio alloggiamento in San Francesco<sup>416</sup>.

Andai poi a visitarlo et massimamente che per la sua indispositione stava retirato in camera et, dopo haverli presentato il breve di Nostro Signore<sup>417</sup>, li ragionai a lungo del negotio dela confederatione. La quale se bene esso habbia approvato [24v] in tempo che per aventura poteva nascer qualche difficultà et disturbo nela elettione per l'absenza del Re, hora non dimeno

---

<sup>413</sup> Vide eius litteras ad card. Tholomaeum Gallio 20 I Francofurto ad Viadrum missas (Theiner AE I, p. 412). Ibi regi electo tradidit memorialem libellum a se compositum: "Relazione del Regno di Polonia ad informationem regis Henrici Valesii 1574 exaratam" (ed. Korzeniowski AR, p. 208-214).

<sup>414</sup> Franciscus Krasinski.

<sup>415</sup> Stanislaus Krasinski (cfr. N. 62); Nicolaus Krasinski (†1576), frater Francisci natu maior, custos Crusviciensis ab a. 1566, canonicus Cracoviensis ab a. 1572; Ioannes Andreas Krasinski (1550-1612), canonicus Gnesnensis et Cracoviensis ab a. 1572, patruelis Francisci, auctor operis a. 1574 Bononiae editi, *Polonia* inscripti.

<sup>416</sup> Monasterium Fratrum Minorum Conventualium erat sedes principalis nuntiorum Cracoviae, quae regni Poloniae caput erat.

<sup>417</sup> Cfr N. 49.

che Sua Maestà è presente, mi rendeva sicuro che non mancherà di opponer-  
si gagliardemente a questo articolo insieme con gli altri Vescovi et Signori  
Il Re, forse per li continui disagi et fastidii ricevuti con la difficoltà dei negotii et con la lunghezza dei Senati, ha questa settimana havute due accessioni di terzana assai leggieri, et hoggi, dopo haver hier mattina preso medicina, è stato travagliato dal terzo termine, il quale, per quanto mi ha questa sera mandato a dire il Medico di Sua Maestà<sup>559</sup>, è più fatidioso del solito. Questa indispositione, anchorché possi disturbare che il Re non vadi in Senato, non però impedire, secondo mi è stato riferito di buon luogo, che Sua Maestà non facci congregare il Senato, ove s'haverà a fare la protesta in nome dell'Arcivescovo et degli altri Signori. Et dopo fattosi riferire il parere de' Senatori, sarà in possanza sua far il decreto dela confirmatione in camera, nela maniera che giudicherà convenevole, et mandarlo che si legghi et notifici in Senato.

Quanto al male del Re, poiché non è altro che semplice terzana, si spera, con l'aiuto divino, che Sua Maestà ne guarirà in pochi giorni. Credo bene che la indispositione in gran parte proceda dal travaglio del'animo per la causa delo Sboroski, il quale fu finalmente bandito in perpetuo et privato dei beni, li quali ancorché arrivino ala somma di 75 mila fiorini, ce ne sono però 40 mila di debiti, et il rimanente tocca ala moglie. Nel decreto overo sentenza il Re, ad istanza del Sig. Cotquevisi, aggiunse: sine aliqua honoris infamia<sup>560</sup>. Il che è dispiaciuto sommamente non pure ala parte, ma [48r] a un grandissimo numero de Nobbili per la conseguenza, temendosi che tal decreto all'avvenire sia cagione di molti homicidii; perciocché qui non è cosa veruna che possa tanto frenare la licenza dela Nobbiltà, quanto è la tema di perder l'honore o la vita.

Et con tutto ciò questi Signori che han servito il Re sono in gara tra loro et bene spesso non havendo tutto quello che desiderano, si sdegnano contra il Re. Queste zizanie vengono seminate dala fattione contraria<sup>561</sup>, la quale usa ogni astutia per alienar da Sua Maestà gli animi di quelli che sostengono l'auttorità sua. Di che fu bisogno hieri renderne bene capace il Sig. Cotquevisci, il quale sì come ha l'animo grande, così è soggetto alo sdegno et di già voleva avanti la dissolutione deli Comitii partirsi di qua, et il medesimo haverebbono fatto li Palatini di Vilna et di Sendomiria<sup>562</sup>. Pure hieri mi lasciò consolatissimo con voler anche che si facesse intendere al Re, il quale ne stava con ansia, che esso non cambierà per accidente veruno la solita divotion sua verso di Sua Maestà, la quale se n'è consolata assai. Da questi particolari si può comprender che il Regno per qualche anno, mentre il Re stabilischi l'auttorità sua, non sarà al tutto sicuro di non poter ricever mutatione.

<sup>559</sup> Marcus Miron.

<sup>560</sup> Sententia in causa Samuelis Zborowski lata est 10 III 1574, cfr. Serwański, p. 177.

<sup>561</sup> In mente habet parabolam in Matth. 13,36-43

<sup>562</sup> Nicolaus Radziwiłł "Rufus" et Petrus Zborowski.

Hieri partì verso Francia il Marescial di Retz et in breve s'avvierà anche Mons. di Rambogliet. Il Sig. Duca di Nivers pensa ancor esso dopo Pasqua incaminarsi ala volta dei bagni di Lucca, sì come m'ha detto. Et così questi Signori Polacchi, che non veggono volentieri i forastieri in questo governo, restaranno più contenti. Si va raffreddando la nuova dela venuta del'Ambasciatore del Moscovita et così anche del Ciaus<sup>563</sup>.

[48v] Questi giorni l'Agente qui del Sig. Emilio Malvezzi mi ha presentata la lettera di V.ra Signoria Ill.ma deli 9 di Gennaro<sup>564</sup> et m'ha dato a pieno raggualaglio del negotio di detto Signore, il quale, perché appartiene a materia pecuniaria, dela quale in questa corte ven'è carestia grande, si renderà molto difficile. Et io non mancherò, quando sarà il tempo opportuno, trattarlo con la desterità et diligenza che conviene.

Ho ancora ricevute le due lettere di 16 del sodetto mese d'un istesso tenor circa il publicar la celebratione del Sacro Iubileo del'Anno Santo<sup>565</sup>, la quale cosa sarà eseguita da me con ogni debita sollecitudine et osservanza.

Ala lettera di 23 del medesimo mi occorre solamente risponder che io mi valerò deli prudenti et pii ricordi contenuti nela scrittura di Mons. Portico<sup>566</sup>, tra li quali mi par difficile l'haver andare al mattutino in tempo del verno, perché la mia età et complessione in questa aria a gran pena potria comportarlo; et massime che dopo ch'io sono arrivato qui semper pituita molesta est. Pure potrei di qui al verno avvezzarmi in questa aria, di sorte che forse ne sentirò minor nocumento.

Con la prima occasione presenterò al Re il breve di N.ro Signore in raccomandatione del Collegio dei Patri Giesuiti in Fulda, et non lascerò di far l'officio, conforme ala santissima intentione di Sua Beatitudine, secondo l'ordine che piacque ala Signoria V.ra Ill.ma darmi con la sua di 27 Febbrao<sup>567</sup>. Et di questo ne voglio sperare ottimo successo, non pur in quella terra, ma nelle principali del Regno per il buono et santo zelo di Sua Maestà.

In tutte queste Provintie l'abuso è grande circa la pluralità de'beneficii, dala quale ne segue necessariamente il negletto circa la residenza. Imperò sono [49r] stato avvertito d'alcuni Prelati di far officio appresso N.ro Signore, affine che la Santità Sua si degni ordinar che si proceda nelle dispense più parcamente. Io veramente conosco che l'avvertimento è verissimo, non solo nela pluralità de' beneficii, ma circa la residenza, et massime nei beneficii curati. Ma a questo bisognerà rimediare con un concilio Provinciale, il quale qui è oltra modo necessario per metter in osservanza li decreti del sacro Concilio Tridentino. Ma non veggo che si possa dar ordine a tal apparec-

---

<sup>563</sup> Cfr. N. 75.

<sup>564</sup> Cfr. N. 62.

<sup>565</sup> Cfr. N. 70.

<sup>566</sup> Cfr. N. 65.

<sup>567</sup> Cfr. N. 73.

chio, eccetto dopo li Comitii di Varsovia<sup>568</sup>, neli quali il Re haverà il modo di stabilire la sua auctorità, et massime che in tempo del'altro Re<sup>569</sup> i popoli erano avvezzi a viver con tanta licenza he sarà hora difficile tirarli ala moderatione dela vita senza il timor dela pena. A questo s'aggiunge che dala prefata licenza s'è fatto un grandissimo numero di heretici, li quali a guisa del fumo col fuoco, che l'uno si genera l'altro, fanno crescer la licenza, dala quale s'agumenta [sic] poi l'heresia.

È piaciuto a Sua Maestà dirmi che pensa mandar a N.ro Signore due Ambasciatori, l'uno ecclesiastico, et l'altro secolare, per dar la obediencia a Sua Santità, con animo di far restar l'uno per ordinario. Ma per ancora non s'è risolta nelle persone. Tra i secolari sono molti Signori che ambiscono la cariga, ciò è il Sig. Laski, il Duca d'Olica, il Sig. Andrea Sboroski et il Conte di Tenscin et altri Signori Cattolici. Tra li Ecclesiastici il Vescovo di Posnania<sup>570</sup> ne mostra maggior desiderio che tutti gli altri Vescovi. Vi sono ancora Prelati non Vescovi, li quali sono altre volte stati adoperati appresso l'Imperatore et altri Re, che desiderano grandemente una tal cariga. Con tutto ciò sarà [49v] malagevole che così lungo viaggio si possa da loro far con comodità, eccetto verso l'autunno. Et con questo bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma etc. Di Cracovia, a 27 di Marzo 1574.

(a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et dev.mo servitor  
il Vescovo del Mondevi<sup>a)</sup>)

a-a) *Autographum.*

N. 84.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 3 IV 1574.

*Memorat intercessionem regis Henrici pro Iesuitis Fuldensibus, durante commoratione in illa urbe factam. Nuntiat summum pontificem, cum impetus haereticorum in eos non desinerent, breve ad regem dedisse, quo petiit, ut rex in-*

<sup>568</sup> Comititia regni ordinaria rex ad 24 VI 1574 Varsaviam convocare cogitabat, cfr. Avvisi di Vienna, 14 IV 1574 (BV Barb.Lat. 1044 f. 96r).

<sup>569</sup> Sigismundus Augustus.

<sup>570</sup> Adamus Konarski.

*tercedere pro eis pergeret; iubet, ut nuntius hoc breve regi porrigat et negotium eorum coram promoveat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 431r-432r. In f. 432v inscriptio, vestigium sigilli, summarium et adnotatio: "Ricevuta a 2 di Maggio"

- **Ed.:** Wierzbowski U, IV, 99-100 (fragmentum).

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 140r-140v.

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

V.ra Signoria deve sapere che Sua Maestà, conforme a quello che io le scrissi a dì passati<sup>571</sup>, fece le feste di Natale per viaggio in Fulda, ove stette con gran divotione et contento suo, sì per la bontà et religione di quello Abbate<sup>572</sup>, come per il servitio et assistenza deli Padri Jesuiti che sono in quel luogo. Il qual contento fu mostrato da Sua Maestà in più modi, et particolarmente per una lettera che ella scrisse da quel medesimo luogo a N.ro Signore, nela quale molto amorevolmente raccomanda li detti Padri Jesuiti<sup>573</sup>. Et perché sin da l'hora quelli Principi vicini Protestanti, et massime li Lantgravii d'Hassia, molestavano l'Abbate grandemente a fine che cacciasse li Jesuiti, Sua Maestà li raccomandò caldamente a li detti Principi di bocca propria et parve che ciò fosse con qualche giovamento.

Ma essendosi poi inteso che il romore non solo è continuato, ma è andato crescendo contra il detto Abbate et Jesuiti, Sua Santità, sicome [431v] non ha mancato di far tutti li officii che sono stati in proposito per obviare a tanto danno et scandalo, così ha voluto scriver l'allegato breve a la Maestà sua, accioché di nuovo con le sue lettere faccia caldissimi officii con li Principi sopradetti che non vogliano dar più molestia ad esso Abbate, poichè questo non solo è secondo l'equità et honestà che si deve a la buona vicinanza, ma anco conveniente a gli ordini de l'Imperio per conservatione dela pace publica<sup>574</sup>. Sua Maestà, oltre le altre ragioni che vi sono, ne ha una molto gagliarda, la quale è che quella Abbatia fu fondata da Carlo Magno Imperatore et Re di Francia, et però ha tanto maggior causa d'insistere per la libertà et conservatione di essa. Oltre che li detti Principi, per esser stipendiati dal Re di Francia, doveranno di ragione haver in molta stima le raccomandationi [432r]ni di Sua Maestà.

V.ra Signoria, adunque, presenterà il breve et opererà che si facci quanto N.ro Signore desidera, essendo cosa che per se stessa et per l'esempio importa infinitamente a la conservatione et accrescimento dela Fede Catholica

<sup>571</sup> Cfr. N. 73.

<sup>572</sup> Balthasar a Dernbach.

<sup>573</sup> Epistula non asservata, cfr. N. 73.

<sup>574</sup> Hoc breve, 3 IV 1574 datum, servatur in reg. AV, Arm. 44, ms. 22 f. 173v-174r.

in quelle parti, come V.ra Signoria molto ben sa. A la quale offerendomi di core, prego il Signore Dio che le conceda ogni bene. Di Roma, a III d'Aprile MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Rev.ma

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

(<sup>b</sup>-Il breve non è stato spedito in tempo, ma V.ra Signoria potrà far officio lei che son certo basterà<sup>b</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

<sup>b-b</sup>) *Alia manu.*

## N. 85.

**Card. Tholomaeus Gallio  
Vincentio Lauro**

Romae, 3 IV 1574.

*Respondens ad litteras eius, 26 II datas, scribit summum pontificem modo se gerendi aepi (Uchański) tempore coronationis regiae summopere contentum esse. Mandat ei, ut adiuncta brevia laudatoria regi et aepo tradat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 438r-v. In f. 443v inscriptio, vestigium sigilli, summarium et adnotatio: "Ricevuta a 2 di Maggio"

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 136r-137r.

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

Ho la lettera di V.ra Signoria deli XXVI di Febraro<sup>575</sup>. A N.ro Signore è stato d'infinita contentezza l'intendere che la Coronatione di Sua Maestà si sia fatta con assai minor strepito et miglior successo di quel che si temeva. Sopra che Sua Beatitudine è restata molto soddisfatta dela diligenza et officii fatti da V.ra Signoria et ha grandemente lodato l'Arcivescovo Gneznense<sup>576</sup> dela constanza che ha mostrata in quel'atto, havendo gli pienamente

<sup>575</sup> Cfr. N. 72.

<sup>576</sup> Iacobus Uchański.

corrisposto a la espettatione di Sua Beatitudine et al debito del luogo, nel quale Dio ha voluto che egli sia in tempo di tanto bisogno. Però Sua Santità ha voluto, con li brevi che saranno con questa, rallegrarsi con Sua Maestà del possesso del Regno, stabilito per mezo de la Coronatione, et insieme commendar l'Arcivescovo di quello che ha fatto<sup>577</sup>. V.ra Signoria presenterà li brevi, accompagnandoli con officio conveniete, et si valerà [438v] de l'occasione, se cosa alcuna occorrerà, di ricordare a l'uno et a l'altro in nome di Sua Beatitudine. Nel resto vedendola tanto diligente et solecita in eseguir quel che tocca il servitio di Dio et l'officio suo, non mi occorre dirle altro, se non che ella perseveri in mantenere Sua Maestà in quella constanza et fortezza d'animo, che dimostra per favorir a gloria di Dio la Fede et Religion Catholica in quel Regno. Et con questo prego N.ro Signore Dio che la conservi et prosperi. Et me offero con tutto il core. Di Roma, a li III d'Aprile MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Rev.da

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

(<sup>b</sup>-Li brevi non sono stati spediti a tempo, ma si manderanno con le prime<sup>b</sup>)<sup>578</sup>

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

<sup>b-b</sup>) *Alia manu.*

## N. 86.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 7 IV 1574.

*Aepum Leopoliensem (Słomowski), causam in Romana Rota cum suffraganeo Cracoviensi (Białobrzieski) habentem, commendat et rogat, ut eum in hac causa adiuvet.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 12r.

<sup>577</sup> Breve hoc, 7 IV 1574 datum, constantiam eius in coronatione regia exhibitam laudans, servatur in reg. AV, Arm. 44, ms. 22 f. 170v-171r (ed. Theiner AE I, p. 276-277). Ibidem in f. 170r-v invenitur breve ad regem, etiam 7 IV 1574 datum, gratulationem de coronatione continens (ed. Theiner AE I, p. 277).

<sup>578</sup> Cfr. infra, N. 87.

Al Sig. Cardinal di Como a 7 d'Aprile 1574 di Cracovia.

Mons. l'Arcivescovo di Leopoli<sup>579</sup>, havendo una causa in Rota contra il Suffraganeo di Cracovia<sup>580</sup>, m'ha pregato instantemente che io la raccomandi a V.ra Signoria Ill.ma, affinché in nome di N.ro Signore si ordini che si faccia presta espeditione conforme alla giustitia. Et perciocché il detto Mons. Arcivescovo è persona molto cattolica et divotissima a N.ro Signore et ala Sede Apostolica, non ho potuto mancar con questa mia supplicare la Signoria V.ra Ill.ma che le piaccia interporre il favore et mezzo suo, affinché egli resti sodisfatto di questo suo honesto desiderio. Et a tale effetto le mando l'accluso memoriale<sup>581</sup>, sopra di che le ne darà più piena informatione il procuratore overo avvocato che le presenterà questa. Con che bacio etc..

N. 87.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 10 IV 1574.

*Nuntiat se litteras eius, 10 et 12 III datas, accepisse. Mittit brevia ad regem (Henricum) et aepum (Uchański) data. Mandat, ut regem eo adducat, ut Andream Dudycz ex aula amoveat, circa quam rem prius Antonius Maria Graziani iam satagebat. Adiungit "clavem" ad legendas notulas arcanas.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 439r-v. In f. 442v inscriptio, vestigium sigilli, summarium et adnotatio: "Ricevuta a 24 di Maggio".

- **Ed.:** Wierzbowski U IV, p. 100.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 141r-141v.

Molto Rev.do Monsignore etc.

Per esser li giorni Santi, la presente non servirà d'altro che accusar la ricevuta dele lettere di V.ra Signoria deli X et XII del passato<sup>582</sup> et accompa-

<sup>579</sup> Stanislaus Słomowski.

<sup>580</sup> Martinus Białobrzeski SOCist (ca 1531-1586), abbas Clarae Tumbae ab a. 1559, epus tit. Laodicensis et suffraganeus Cracoviensis ab a. 1566, postea epus Camenecensis (ab a. 1577).

<sup>581</sup> Non est conservatum.

<sup>582</sup> Cfr. N. 78-79.

gnar li dui brevi, l'uno per il Re in rallegrarsi dela Coronatione, et l'altro a l'Arcivescovo Gneznense in commendarlo de la constanza et buoni portamenti suoi, quali non si mandorono con le precedenti per non esser espediti in tempo<sup>583</sup>.

Non lascierò anco di dirle che il Segretario Gratiani scrisse haver data informatione a Sua Maestà dela persona del Duditio, et che la Maestà Sua li haveva data intentione di provvedere in qualche modo per non haver a trattar seco<sup>584</sup>. Onde è necessario che V.ra Signoria ne tenga proposito con Sua Maestà et le esponga quanto scandalo et mala satisfattione siano per have-re tutti li buoni et catholicici, se si vedrà la Maestà Sua dar adito a uno Apostata così infame et vituperoso come è questo; et nel resto anco non lascierà di ricordarle, quanto sia venenosa et odiosa a Dio la dimestichezza de gli Heretici; et che non voglia, guidandosi con pru[439v]denza et consiglio humano, dispiacere a quello, dal quale i Re et Principi hanno non solo i Regni et la potestà, ma la vita et salute stessa.

Con le prime risponderò poi partiolarmente a le sue sopradette. Intanto, pregando a V.ra Signoria la buona Pasqua et ogni felicità, me le offero et raccomando di core. Di Roma, a li X d'Aprile MDLXXIII.

(<sup>a</sup>-Di V.ra Signoria Rev.da

come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

(<sup>b</sup>-Sarà con questa una nota di cifra, del a quale potrà servirsi<sup>b</sup>)<sup>585</sup>.

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

<sup>b-b</sup>) *Alia manu.*

## N. 88.

**Card. Stanislaus Hosius**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 17 IV 1574.

*Eum litteras suas accepisse gaudet. Putat confirmationem Confoederationis Varsaviensis a rege iuratam temporariam esse. Indulgentiam erga haereticos regi exprobrat: scilicet quod synagogam haereticorum Cracoviae toleraverit, baptismalibus filii Ioannis Firlej interfuerit, munus structoris regii fratri uxo-*

<sup>583</sup> Cfr. N. 85.

<sup>584</sup> Cfr. N. 75.

<sup>585</sup> Cfr. ibidem.

*ris potius quam filio (Nicolao), catholico, detulerit. Censet formulam iuramenti regii sibi missam meliorem esse, quam sperabat. Futura regni comitia Varaviae celebratum iri gaudet. Homicidium Andreae Wapowski, regi fastidium creans, auctoritatem Zboroviorum debilitaturum, gentis vero Tęczyński potentiam aucturum esse arbitratur. Quod sui mentionem apud regem fecerit, ei gratias agit. Intercessionem regiam impetrari petit, ut infans Anna ducatus Barri et Rossani recuperare et proventus ex portorio Foveensi accipere possit, ut sodales Societatis Iesu Elbinga pulsi illic restituantur, ut petitiones Gedanensium, Toruniensium et Elbingensium de prorogando privilegio libertatis religiosae in urbibus illis respuantur. Scribit sibi gratum fuisse, quod nuntius bene acceperit "lucubrationes" suas, praesertim epistolam dedicatorem ad regem, in qua eum hortatur, ne - similiter ac regina Angliae Maria - haereticis indulgeret. Mittit formulam quandam (fidei?), suo iudicio ab Andrea Dudycz concinnatam, quem ex Polonia pellendum esse asserit. Commendat causam Ioannis Kretzmer, cui canonicatum Varmiensem post mortem Valentini Kuczorski vacantem contulerat, contra quam collationem reclamant episcopi, iuribus ipsorum ita detrahi existimantes.*

**Min.:** Kraków, BJ, ms. 160, fasc 28 f. 17r-21v (exscripta ex prima minuta, quae invenitur ibidem in f. 10r-11v.

Nuncio Apostolico, Episcopo Montisregalis, 17 Aprilis 1574.

Ternas meas litteras Rev.dam Dominationem V.ram accepisse gaudeo<sup>586</sup>. Quod si nil aliud a Rege factum est, quam quod absque iuramento se pacem inter dissidentes de religione servaturum promisit, hoc meo iudicio tollerabile videri potest, cum praesertim pax aliter servari non possit, quam si tollatur dissidium. Sicut lux tenebras, ita pax dissidium pellit. Nec exigitur hoc a Maiestate Regia, bellum ut aliquod adversus haereticos moveat, sed ut quod patriis legibus, in quas more maiorum suorum iuravit, constitutum est adversus eos, id - quoad eius fieri poterit - executioni mandet. Quod etiamsi non ita subito fiat, modo ne mora longior interponatur, et hoc tollerari potest. Omnia consilio prius experiatur licebit, quam ut ad aliqua duriora remedia veniatur. Quamobrem hoc vel promissum illius vel iuramentum sic interpretor, ut omne se religionis dissidium sublaturum, quibuscunque tandem viis et rationibus suo tempore promiserit, quod etiam facturum omnino spero.

<sup>586</sup> Ex his epistulis duae tantum servatae sunt (cfr. N. 62 et 71). Neque ad nos pervenerunt litterae nuntii ad Hosium datae, in quibus de illis mentio fit. Ex hoc cardinalis responso patet eas circa diem 3 III 1574 scriptas fuisse (cfr. N. 75).

Quam autem cupivissem, ut prohibuisset Regia Maiestas, ne quae sacrilegia potius quam sacra fierent in illo malorum acervo, ex quo paulo ante quam Sigismundus Rex in Christo obdormivit, haeretici templum sibi sunt fabricati<sup>587</sup>. Quod si noluit pro potestate, saltem precario poterat hoc ab illis obtinere, ut vel in honorem ipsius Maiestatis abstinerent ab eiusmodi sacrilegiis in ea civitate, quae Regni caput est, si non diutius, saltem quoad ipsa praesens ibi esset, dies postea consilium attulisset. Ferebatur iam nescio quid, quod Ser.ma mater Maiestatis<sup>588</sup> eius volebat non parva pecuniae summa locum illum emere, ut ne quod in eo templum deinceps fieret, sed iam rumor iste canens factus est. An autem absurdus cogitari quidquam potest, quam si seorsum in sacratis aedibus Christum colat Rex christianus et seorsum Antichristum vel Islebiensem vel Genevensen, vel quemcunque tandem alium adoret in synagoga Sathanae magna Senatus et nobilium pars.

[17v] Optassem et hoc, ut se minus familiarem haereticis praestaret Maiestas eius, quae magnam ex ea re laudem est consecuta, quod cum ab haeticorum antesignano quodam invitata fuisset ad baptizandum puerum, negasse dicitur sibi licere cum haereticis in sacramentis communicare. Sed ea maior fuisset, si nec ad convivium invitata postridie venisset, cum praesertim nec Divinae nec Regiae Maiestatis in eo convivio ratio fuerit habita. Carnes enim appositae fuisse dicuntur simul cum piscibus<sup>589</sup>. Proxime defunctus Rex Sigismundus, quamvis catholicus, minus tamen ardens habebatur quam hic in fide catholica, nihilominus tali convivio nunquam interesse voluit. Palatinum Reni potius tale quid quam subditum Regis facere debebat, qui si Dei metum omnem abiecit, revereri tamen personam Regis poterat.

Quale autem fuit et hoc, quod illo solenni ritu Ecclesiae in die Cinerum<sup>590</sup> in templo publice visus non est. Cuius rei culpa fortasse penes Episcopos est, a quibus eius rei non fuit admonitus.

Sed et illud catholicorum animos nonnihil debilitat, quod et pocillatoris et structoris munus, quorum utrunque cum primis honoratum est apud nos, haereticis mandasse fertur, si vera sunt quae scribuntur, quasi defuerint catholici, quibus ea rectius mandari potuissent. Delatum quidem fuisse dicitur structoris munus Cracoviensis Palatini filio, qui certe dignus est, de cuius ornamentis prae caeteris Maiestas Regia cogitet. Quoniam vero pater eius maluisse fertur munus hoc uxoris fratri deferre, in eius gratiam factum esse fertur, ut illi potius mandaretur, si non haeretico, saltem parum catho-

---

<sup>587</sup> Agitur hic de aedibus prope ecclesiam sancti Ioannis Cracoviae sitis, vulgo Bróg vocatis, a. 1571 in templum evangelicorum mutatis.

<sup>588</sup> Catharina de Medicis.

<sup>589</sup> De hoc convivio, ad quod rex a Ioanne Firlej invitatus erat, vide N. 72 et 75.

<sup>590</sup> 24 II.

lico, quam filio, quem ex animo esse catholicum constat<sup>591</sup>. Fuit quidam apud proxime defunctum Regem in summa gratia haereticorum omnium in Lithuania praesertim antesignanus, cuius filius per Dei gratiam nunc est ardentior catholicus quam etiam ex his multi, qui nunquam in haeresin aliquam sunt prolapsi<sup>592</sup>. Illius arbitrio fere munera publica mandabantur. Venerat ad eum quidam aulicus bene de Rege meritis. Petivit, ut se quoque vellet adiutum in aliquo publico munere consequendo. Quoniam vero catholicus erat, respondit Palatinus: Prius te confiteri Christum oporteret, ita facilius quod petis obtinere posses. Vocabat autem ille ne[18r]gare Christum confiteri Christum. Cur autem ad eundem modum Rex Christianus non responderet haeretico: Vis, ut honestem et augeam te? Vis, ut aliquod publicum tibi munus aut magistratum deferam? Prius confiteri Christum, et vel Islebiensi vel Genevensi, vel cuicumque tandem alii Antichristo nunc rem mitte. Si Rex ita responderet honores aut praefecturas aut quodvis munus publicum ambientibus, non ita magno negotio revocarentur omnes ad fidem catholicam, cum non aliis quam catholicis ista mandari viderent; sicut per Palatinum illum Vilmensem factum est, ut cum dignitates et praefecturae non aliis fere mandarentur quam haereticis haeretici patrocínio usis, tota fere Lithuania facta sit haeretica. Quae tamen paulatim resipiscere iam incepit.

Iuramenti formula mihi missa fuit a quodam catholico cum Regis ipsius recognitione sive significatorialibus litteris, sed in ea non fuerunt illa verba, quod servaturum se pacem promitteret inter dissidentes de religione. Quae si maxime fuissent adscripta, sicut supra memini, qua mente prolata sunt, nihil haereticis prodesse poterunt. Quamvis de hac formula quotquot scripserunt ad me Parisienses, formulam renovatam esse fere omnes asserunt.

Saepe autem et ego vicem nostram deplorare soleo, quod si catholicorum pars multo sit numerosior, plus tamen animorum habent haeretici pervicaciaque sua facile quodvis extorquent, cum nihil sit nostris timidius, qui coelum ruiturum existimant, si paulo se fortius haereticis opponant. Utinam autem ea culpa penes pastores non esset. Nam ubi dux ipse trepidat, etiamsi sit leonum exercitus, sub cervo duce facile profligatur. Archiepiscopum<sup>593</sup> intra hunc annum factum esse fortiorem in Christi causa tuenda gaudeo. Narratur autem idem etiam de Vladislaviensi Episcopo<sup>594</sup>. De reliquis tacetur.

---

<sup>591</sup> Nicolaus Firllej (†1601), filius primogenitus Ioannis, capitaneus Casimiriensis ab a. 1562, in gremium Ecclesiae Catholicae a. 1569 rediit. Frater tertiae uxoris Ioannis, Barbarae, fuit Georgius Mniszech (ca. 1574-1613), Lutheranus, antea culinae regiae praefectus et intimus Sigismundi Augusti; ille a rege Henrico structor regni nominatus est.

<sup>592</sup> Sermo est de palatino Vilmensi Nicolao Radziwiłł "Nigro" (1515-1565) et eius filio Nicolao Christophoro, dicto "Orbo", a. 1566 iterum ad fidem catholicam converso.

<sup>593</sup> Iacobus Uchański.

<sup>594</sup> Stanislaus Karnkowski.

In Comitia Regni causam religionis reiici valde mihi probatur, praecipue si Varsaviae fuerint habita. Bona spe sum, quod ex animi sententia cedent nobis omnia.

De iurgio, quod inter primarios nobiles exortum est, quod caedes etiam est secuta nobilis viri cuiusdam et eius catholici<sup>595</sup>, non dubito quin magnum ea res animo Maiestatis eius angorem attulerit, [18v] quae procul dubio nollet in hoc exordio sui Regni durius aliquod exemplum in quenquam ex illustrioribus edere, sed ea fecit iam procul dubio quod ab illa factum oportuit. Mihi plurimum illud probatur: Fiat iustitia et pereat mundus<sup>596</sup>. Neque tamen ob eam causam eius, qui princeps est haeticorum, potentiam auctam iri puto, quin imminutam iri potius existimo. Nam praeter unum vere nobilem illum et generosum Regiaeque Maiestatis gratia cumprimis dignum, Andream Zborovium, omnes alios haeticos esse Dominatio V.ra non ignorat. Itaque tota familia haec cum omnibus sibi coniunctis antesignanum illum haeticorum tanto maiore semper odio prosequetur, cum antea quoque nunquam amici fuerint inter se, nunc magis etiam erunt inimici. Quod autem ad Comites Tencinios<sup>597</sup> attinet, ii sunt in fide catholica constatiores, quam ut ambigere quisquam possit eos in illa tuenda officio suo defuturos.

Quod Rev.da Dominatio V.ra se de me cum Rege sermonem habuisse scribit, ago gratias. Vellem autem, ut Ser.mae Infantis causam illius Maiestati commendaret, quo possit ea quos habet census in Dogana Foggiae, pecunia Ser.mae Bonae Reginae comparatos, a Vicerege Neapolitano extorquere, tum et Status per quosdam nomine Catholici Regis occupatos, Barensem et Rossanensem, recuperare<sup>598</sup>.

Quod ad haedos meos Elbingenses attinet, nullo negotio res expediri potest. Nil aliud quam imperet Regia Maiestas, ut restituantur hi, qui per summam iniuriam sunt eiecti<sup>599</sup>, et Castellano Gedanensi<sup>600</sup> mandet, ut is voluntatem regiam exequatur. Etsi mallet, ut aliqua tamen animadversio Maiestas illius uteretur in authores huius tanti facinoris, quorum praecipuus iam diem suum obiisse dicitur, et quo utuntur in civitate regia minis-

<sup>595</sup> In mente habet occisionem Andreae Wapowski a Samuele Zborowski interfecti, vide N. 75 et 78.

<sup>596</sup> Exs. Augustino.

<sup>597</sup> Familia Tęczyński.

<sup>598</sup> Regina Bona, cum a. 1556 una cum gemmis et pecuniis suis ex Polonia demigrasset, in ducatu suo Bariensi, tum regni Neapolitani parte, se collocavit. Ex summa 430 000 ducatorum Hungaricalium in portorio locata usque ad mortem suam (1557) decem centesimas partes proventuum percipiebat, quae deinde ad heredes eius transierunt. Hi proventus, quibus "summarum Neapolitanarum" nomen datum est, controversiarum causa erant, ad quas componendas etiam Hosius operam suam interponebat.

<sup>599</sup> Agitur de conatibus Hosii ad id susceptis, ut Iesuitae 5 I 1573 Elbinga expulsi illuc redire possent (cfr. A. Eichhorn, *Der ermländische Bischof und Kardinal Stanislaus Hosius*, T. 2, Mainz 1855, p. 406).

<sup>600</sup> Ioannes Kostka (ca. 1529-1581), castellanus Gedanensis ab a. 1556; ad Hosium nondum pervenit fama eum 2 IV 1574 palatinum Sandomiriensem creatum esse, castellanatum autem Gedanensem Matthiam Zabiński obtinuisse.

tro Sathanae, eum proscribendum in illa curaret. Sic mihi satisfactum abunde foret. Nec enim aliam ab illis vindictam expeto, quam ut ad Christum, quem impie negarunt, a cuius corpore se praeciderunt, reverti quoquo modo compellantur.

Petiturae sunt autem procul dubio tres Prussiae civitates<sup>601</sup> perfidiam potius quam fidem Augustanam sibi concedi, inter quas est una meae iurisdictionis Ecclesia Elbingensis. Optarim equidem, ut aperte Maiestas Regia Christum statim confiteretur, [19r] diceret se Christianae confessionis, non Augustanae confusionis esse, nihil sibi licere tale permittere, cum eam sciat in Concilio Tridentino fuisse condemnatam. Si autem et hoc negotium ad Varsaviensia Comitata reicere voluerit, ferendum nobis erit, modo reducantur Elbingam ii, qui sunt eiecti. Instituit eos nomine defuncti Regis urgente me Castellanus Gedanensis, idem nunc restituat. Nec erit in ea re difficultatis et molestiae quidquam.

Lucubratiunculas meas accepisse Rev.dam Dominationem V.ram tam grato animo valde mihi gratum accidit<sup>602</sup>. Facta sunt a me diligenter omnia in epistola mea dedicatoria, ut persuadere possem Regiae Maiestati, ne quid a Christi perduellibus haereticis sibi metueret, sed qualem se praestitit, cum esset adhuc Andegavensis Dux, talem se nunc etiam beneficio Dei Rex factus exhiberet, nec quenquam sibi praeter solum Deum esse timendum existimaret. Cui meo consilio si quid loci dederit, multo tranquilliorum Regni statum esse habitura. Erit autem, quod pro sua misericordia Deus prohibere velit, sclavus haereticorum, si quod vel minimum signum eius rei dederit, quod ab haereticis plus quam a Deo sibi metuat. Quorum hanc nimiam arrogantiam, quod quasi leges praescribunt Regi et Domino suo, quemadmodum ferre possit Maiestas eius, mirari satis nequeo. Deiecerunt enim de suis cathedris Episcopos, iurisdictionem illis ecclesiasticam omnem ademerunt, nunc etiam Regem de suo solio deturbare, sceptrum et gladium de manibus eius extorquere conantur. Sunt quidam politici christiani, qui connivendum esse censent ad omnia, inter quos utinam nulli essent, qui sunt ordinis nostri ecclesiastici.

Sed mihi magis illius laudatissimae Reginae Mariae consilium probatur, quae cum venisset in Regnum longe magis haeresibus infectum, quam sit Patria mea, cum etiam ingentes copias contra se collectas, se vero omni praesidio humano destitutam vidisset, ita ut obsideri in castro Londinensi videretur<sup>603</sup>, omnem suam fiduciam in solius Dei misericordia collocatam habuit, cumque nonnulli suaderent, ut quas ei leges ferebant haeretici, eas acciperet et aliquandiu [19v] saltem conniveret, foemina plus quam virili animo praedita responsum hoc dedisse dicitur: Minime conniventer mecum egit Rex ille coelestis, Deus et Dominus meus, qui me praeter omnem expec-

<sup>601</sup> Elbinga, Gedanum, Torunia, cfr. N. 62.

<sup>602</sup> Cfr. N. 62.

<sup>603</sup> Sermo est de Maria I Tudor (1516-1558), dicta Catholica, regina Angliae ab a. 1553.

tationem meam in hoc Regni solio collocavit; absit, ut ego conniventer agam in ipsius causa. Forti et infracto animo fecit omnia, quaecunque ad vere Christianam et Catholicam Reginam pertinere videbantur, et foelicem est consiliorum suorum exitum consecuta. Atqui non adeo sunt in Polonia res deploratae, sicut fuere tum in Anglia. Quo maiore debet esse animo Maiestas Regia, nec a Christi perduellibus quicquam sibi metuere. A quibus qualia confingantur contra Maiestatem eius, ex ea scaeda, quam Dominationi V.rae mitto, cognoscet<sup>604</sup>.

Sparguntur haec in Regno Neapolitano, sparguntur et in hac Urbe, non sine magno animi mei dolore. Neque mihi nescire videor, a quo sint authore profecta. Habet isthic Maiestas Caesarea quendam, qui cum fuerit Episcopus, sub matrimonii praetextu quandam sibi foeminam copulavit, et cum fuisset initio Lutherista, factus est postea Calvinista, tandem ad perfectionem Lutherismi, hoc est ad Trideismum pervenit<sup>605</sup>. Is omnes rumusculos diligenter aucupatur, et quoniam semel a veritatis tramite deflexit, de suo quoque mendacia fingere non dubitat. Ab illo quin talia proficiscantur, quandoquidem saepe multa Vienna nova sunt huc perlata, quae fuerunt ab omni veritate remotissima, nil ambigo. Mirum est, quod Caesarea Maiestas talem hominem fert et eius isthic opera utitur. Nam et Orator illius esse fertur. Dubitant quidem nonnulli, Confessionisve Christianae vel Confusionis potius Augustanae sit, sed quod ad perfectionem Lutherismi, hoc est ad Trideismum pervenerit, adhuc mihi credere non libet. Mihi quidem operae pretium factura videretur Rev.da Dominatio V.ra, si Regiae Maiestati persuaderet, ut eum hominem ex Regni sui finibus propulsaret, cum praesertim haereticus ab hac Sancta Sede pronuntiatus et anathemate sit percussus, ita ut illius Maiestati aliquam cum eo consuetudinem habere non liceat. Vellem, ut Regia Maiestas Caesari scriberet, ut alium potius in eius locum mitteret, ac si tantum huic Trideistae fidendum esse putat, apud Caesarem Turcarum illius opera uteretur, quandoquidem ad eius religionem propius accedere videtur. Mihi dubium non est, quicquid est in Regno seditionum, earum incentorem [20r] hunc esse. Cuius fiducia multa fortasse faciunt haeretici, quae procul dubio facturi non essent, si longius abesset. Verum ego puto, quod a Ss.mo Domino Nostro mandata sit ea de re habitura, quo minus necessarium existimo pluribus hac de re agere.

Tantum hoc illi significandum esse putavi, quod haec formula, quam mitto, profecta dicitur ex aula Cardinalis Granvellani<sup>606</sup> et multorum manibus Neapoli teritur. Dicitur autem ad Cardinalem ex Flandria fuisse missa. Si Dominationi V.rae Rev.dae videbitur, exhibebit eam Regiae Maiestati. Communicavi eam cum Ill.mo Cardinali Comensi. Et quoniam in festis his diebus ad Ss.mum Dominum Nostrum aditus non patebat, petivi, ut eam

<sup>604</sup> Non est asservata.

<sup>605</sup> Andream Dudith in mente habet.

<sup>606</sup> Antonius Perrenot de Granvelle (1517-1586), card. ab a. 1562, vicereus Neapolis a. 1571-1575.

exhiberet Ss.mo Domino Nostro, simul peteret, ut - si fieri posset - auctor huius famosi libelli pervestigaretur. Scripsit itaque Sanctitas eius ad Nuncium, qui est in Regno Neapolitano, ut ea de re cum Cardinali Granvellano ageret, ut is diligentius in auctorem inquireret.

Sed nec illud latere Dominationem V.ram volo, quod allatae sunt huc litterae Maiestatis Regiae, quin et Episcoporum quorundam, quibus queruntur de iuribus Ordinariorum violatis per familiarem quendam meum, cui provisum est de Canonicatu Cracoviensi vacante morte cuiusdam, qui fuit familiaris meus 26 annos<sup>607</sup>. Quae iura vocantur apud nos Cortesanica, sunt etiam in maiore propemodum abominatione, quam sit haeresis. Atqui utinam, quam sunt nonnulli diligentes in iis labefactandis, tantum operae navarent in haeresibus expugnandis. Mihi nunquam fuit propositum Ordinariorum iura vel minima ex parte convellere, sed an hoc sit ea convellere, de eo Iudicis legitimi sententiam expecto. Quaeso Rev.dam Dominationem Vestram, si qua fuerit vel apud Maiestatem Regiam vel apud Episcopos ea de re facta mentio, tuendum ut me meosque suscipiat. Quominus enim quod iuris est fiat, non recuso. Posteaquam coepit apud nos Romani Pontificis iurisdictio non nolentibus Episcopis labefactari, suam quoque iurisdictionem omnem Episcopi perdiderunt, et tum Palatini, quin etiam Nobiles quidam, Episcoporum sibi iurisdictionem arrogant.

#### N. 89.

**Vincentius Lauro**  
**Samsoni de Worein, officiali Varmiensi**

Cracoviae, 18 IV 1574.

*Mandat ei, ut a poenis ecclesiasticis absolvat Georgium Anebath, rectorem parochialis ecclesiae in Długobór, qui falsus opinione quasi solum dispensationis mandatum, sibi defectu natalium impedito a Paulo III concessum, sine ulteriore eius executione ad accipiendos ordines sacros sufficeret, eosdem ordines suscepit et omnia sacerdotii ministeria explevit, nunc vero eiusmodi irregularitatis conscius, sanationem eius expetit. Permittit ei quoque, ut beneficia 50 ducatos annui proventus non excedentia, servatis hactenus obtentis, concedere possit.*

---

<sup>607</sup> Agitur de canonicatu Varmiensi, quem Hosius post mortem Valentini Kuczborski in Ioannem Kretzmer contulit, cfr. N. 71.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 11r-12r.

Vincentius [*etc, ut in N. 74*], dilecto nobis in Christo Officiali Warmiensis<sup>608</sup>, salutem in Domino sempiternam.

Sedes Apostolica, pia mater, personis ad eam, post excessum cum humilitate recurrentibus, libenter se propitiam exhibet et benignam. Itaque, sicut dilectus nobis in Christo Georgius Anebat, praesbiter Ravaliensis, vel alterius civitatis seu dioecesis, Rector parochialis ecclesiae in Langewaltio Warmiensis dioecesis<sup>609</sup>, nobis nuper exponi fecit, ante annos triginta ipse, qui, ut asserit, defectum natalium ex praesbitero et soluta genitus patitur, militiae clericali tunc adscribi desiderans, a foelicis recordationis Paulo Papa III obtinuit, tunc existenti Officiali Ravaliensi dari in mandatis, ut sub certis tunc expressis modo et forma secum dispensaret, quod dicto defectu non obstante clericali caractere insigniri, necnon [11v] ad omnes, etiam sacros et praesbiteratus, ordines promoveri ac beneficium ecclesiasticum, etiam animarum curam habens, obtinere posset, prout in dicti Pauli Papae litteris desuper confectis plenius continetur.

Et deinde ipse Georgius falsus hac opinione, quod scilicet existimaret solum mandatum praedictum, absque ulteriori illius executione, sibi plene suffragari, sese dicto caractere insigniri ac ad omnes eosdem ordines promoveri, nulla alia dispensatione obtenta, alias tamen rite fecit, ac missas et alia divina officia saepissime (non tamen in contemptum clavium) celebravit ac in ipsis ordinibus, etiam in altaris et aliorum sacramentorum ministerio, ministravit; necnon dictam ecclesiam ac forsan plura alia beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, alias tamen canonice sibi collata, est assecutus, fructusque ex eisdem beneficiis, licet bona fide, percepit, perinde ac si secum rite dispensatum fuisset.

Demum autem idem Georgius ordinaria auctoritate est edoctus de hac falsa sua persuasionem, ac quod per praemissa ab eo sic gesta irregularitatem aliasque ecclesiasticas sententias, censuras et poenas contra talia perpetrantes a iure inflictas incurrit.

Quare is, de praemissis plurimum dolens, nobis humiliter supplicari fecit, ut de absolutionis beneficio et dispensationis gratia ac alias in praemissis sibi in Domino providere misericorditer dignemur. Nos igitur ad infra-scripta per litteras dictae Sedis sufficienti facultate suffulti et attendentes Ecclesiam catholicam, piam matrem, misericordiae gremium nemini unquam claudere, ac propterea ipsum Georgium specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet inno-

<sup>608</sup> Officialis generalis episcopatus Varmiensis a. 1571-1586 erat Samson de Worein, cfr. Kopiczko, p. 78.

<sup>609</sup> Langwalde (hodie Długobór), 30 km ad meridiem a Braunsberga distans.

datum existit (dummodo in eis per annum non insorduerit), ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae apostolica auctoritate nobis in hac parte specialiter attributa mandamus, ut ipsa auctoritate eundem Georgium (si id a te humiliter petierit, eoque ab executione dictorum ordinum ad tempus tibi bene visum suspenso, iniunctaque illi pro modo culpa poenitentia salutari) a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, quas propter praemissa, etiam ex quo censuris sic ligatus divinis, ut praefertur, se immiscuit, aut illis participavit, quomodolibet incurrit, in utroque foro absolvas omnemque inhabilitatis et infamiae maculam [12r] sive notam, per illum ob praemissa quomodolibet contractam et in eum insurgentem, ab illo auferas et in eo penitus aboleas, necnon eum in pristinum et eundemet, in quo ante praemissa quomodolibet erat, statum restituas et plenarie reintegres.

Necnon (sic consideratis diligenter circumstantiis universis, quae circa idoneitatem personae fuerint attendendae et si paternae non sit incontinentiae imitator, sed bonae conversationis et vitae, aliaque ei merita suffragentur ad dispensationis gratiam obtinendam, super quibus tuam conscientiam oneramus) cum illo ut et in dictis ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quaecunque et qualiacunque, quorum fructus, redditus et proventus quinquaginta ducatorum auri de camera secundum communem aestimationem valorem annum non excedant, beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, etiam si Canonicatus et Praebendae, Dignitates, Personatus, Administrationes vel officia etiam Metropolitanis vel Collegiatis Ecclesiis, aut Parochiales Ecclesiae, seu earum perpetuae Vicariae fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut is eligatur, praesentetur vel assumatur ad ea et instituatur in eis, recipere, et tantum unum eorum, aut ex qua nullos fructus indebite percepit, Parochialem Ecclesiam obtemptam praedictam retinere libere et licite valeat, dummodo Dignitates ipsae in Cathedralibus post pontificales maiores et collegiatis eisdem principales non sint, de specialis dono gratiae dispenses.

Non obstantibus defectu et aliis praemissis, necnon Pictaviensis Concilii<sup>610</sup> aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac dictarum ecclesiarum etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, etiam si de illis servandis et non imperandis litteris Apostolicis contra illa, et illis etiam ab alio vel aliis impetratis seu alias quovismodo concessis non utendo, praefatus Georgius hactenus praestiterit vel in posterum illum praestare contigerit iuramentum, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Cracoviae, anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, duodecimo Ka-

---

<sup>610</sup> Celebris synodus a. 1100 celebrata, quae multa decreta ad disciplinam cleri spectantia edidit.

lendas Maii, Pontificatus Ss.mi Domini Nostri Gregorii Papae XIII anno secundo.

Vincentius Episcopus Montisregalis, etc. [ut in N. 74].

Omnino gratis.

**N. 90.**

**Vincentius Lauro**  
**Martino Izdbieński, officiali Cracoviensi**

Cracoviae, 18 IV 1574.

*Mandat ei, ut a poenis ecclesiasticis absolvat Martinum Ioannis de Debica, qui - non obtenta dispensatione a defectu natalium - uno eodemque die a suffraganeo Cracoviensi Martino (Białobrzski), epo titulari Laodicensi, 4 minores ordines suscepit, nunc vero sanationem huius irregularitatis expetit. Permittit etiam, ut, si dignus fuerit, reliquos ordines accipere queat (textus et subscriptiones mutatis mutandis ut in N. 89).*

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 12r-13r.

**N. 91.**

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 20 IV 1574.

*Mittit acta processus informativi de vita et moribus Petri Kostka, epi Culmensis a rege (Henrico) nominati. In hac promotione bonam spem collocari posse putat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 51r. Sine folio cum solita inscriptione (litterae aliis, 20 IV datis, adiunctae erant, vide N. 92).

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 12r-v.

**- Ed.:** Wierzbowski VL, p. 27-28.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore etc.

Mando a V.ra Signoria Ill.ma l'allegato processo fatto sopra la persona del Rev.do Sig. Pietro Coska, a cui il Re ha questi giorni concesso il Vescovato di Culma in Prussia<sup>611</sup>. Et in tale occasione non voglio lasciar di dire ala Signoria V.ra Ill.ma che per la relatione che qui n'ho havuta, et per alcune volte che egli è stato a vedermi, si mostra persona molto degna per la bontà dela vita, gravità de costumi et sufficienza dela dottrina. Al che s'aggiunge che, essendo egli nato di fameglia principale et apparentato con le prime case di quella Provincia, haverà il modo di conservare la giuridittione di quella Chiesa et con l'auttorità sua rimettervi, con la gratia di Dio, la Religion Cattolica, la quale viene ad esser oppressa in gran parte da quelli che seguono la confessione Augustana. Là onde potendosi dala promotione del suddetto Mons. Coska ala degnità vescovale sperare notabile giovamento in queste bande, s'ha a desiderare che l'altre promotioni simili, che qui si faranno, non siano inferiori a questa. Bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma etc. Di Cracovia, a 20 di Aprile 1574.

(a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et dev.mo servitor  
il Vescovo del Mondevi<sup>a)</sup>)

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 92.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 20 IV 1574.

*Nuntiat regem (Henricum) iam convaluisse et 29 III senatui interfuisse, in quo de Articulis Henricianis et Confoederatione Varsaviensi confirmationi legum a rege faciendae includendis disputatum sit; propterea aepum (Uchański) et episcopos, excepto Cracoviensi (Kraśniński), protestationem concinnasse, quae in Senatu, praesentibus nuntiis terrestribus, lecta sit; eiusmodi protestationem a senatoribus catholicis et partim a palatino Vilnensi (Radziwiłł "Rufo") approbatam esse, a palatino autem Sandomiriensi (Petro Zborowski) refutatam, adiuvantibus nuntiis terrestribus, qui postularent, ut rex articulos (Henricia-*

<sup>611</sup> Petrus Kostka epus Culmensis 7 IV 1574 a rege Henrico nominatus est. Provisionem papalem accepit 4 VI 1574, vide T. Glemma, *Piotr Kostka. Lata młodzięcze i działalność polityczna, 1532-1595* [De annis iuvenilibus et actione publica Petri Kostka, 1532-1595], Toruń 1959., p. 97. Acta processus informativi de eius "vita et moribus" deperierunt.

*nos) ex toto confirmaret; itaque epum Cracoviensem et Podoliae palatinum (Mielecki), turbas et tumultus metuentes, mitiorem formam confirmationis iurium, haereticis tamen faventem, excogitavisse; ne approbaretur illa, decretum esse, ut aepus unam adhuc protestationem faceret (utramque adiungit), quam re vera die 6 IV, non obstante aegritudine, in senatu iam fecisset et in sessione 19 IV celebrata finalem formam confirmationis legum, nulla facta confoederationis et Articulorum Henricianorum mentione, consecutus esset, indignatione haereticorum contra se excitata. Refert de colloquiis archiepiscopi cum palatino Sandomiriensi (Zborowski) habitis, qui eum ad faciendas quasdam concessiones hortatus erat, et de colloquio suo cum Ioanne Chodkiewicz, qui affirmabat Lithuanos Varsaviae confirmationi Articulorum Henricianorum adversaturos esse, si eis rex palatinatus in Unione Lublinensi regno Poloniae assignatos restitueret. Nuntiat regem, finitis comitiis, Varsaviam profecturum esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 52r-55v. In f. 56v inscriptio et vestigium sigilli.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 4r-7r.

**Ed.:** Wierzbowski VL, p.28-33.

### Ill.mo et Rev.mo Monsignore etc.

Exponi nobis nuper fecit dilectus nobis in Christo Iacobus Koskowski, abbas Monasterii Landensis Cisterciensis ordinis<sup>679</sup>, Gnesnensis dioecesis, quod [10v] antea lite et causa inter se ex una et dilectum etiam nobis in Christo Melchiorum Methelski, Notarium Covinensem [sic], ex altera partibus, de et super complemento nonnullarum mensuram siliginis, dicto Melchiori per quendam ipsius Iacobi Abbatis negotiorum curatorem antea venditarum et eidem Melchiori (ut praetendit) nondum plane extraditarum, rebusque aliis in actis causae et causarum huiusmodi latius deductis et deducendis, ac illorum occasione coram similiter dilecto nobis in Christo officiali Gnesnensi<sup>680</sup> in secunda instantia pendente indecisa, dictus officialis in causa ipsa perperam procedens, sententiam pro eodem Melchiore et contra ipsum Iacobum Abbatem protulit. A qua quidem sententia idem Iacobus Abbas, sentiens se exinde plurimum laesum, ad Sanctam Sedem Apostolicam appellavit et de nullitate dixit. Quare nobis humiliter supplicavit, ut ei super his de opportuno iustitiae remedio providere dignemur.

Nos igitur, ad infrascripta per dictae Sedis litteras sufficienti facultate suffulti, iustitiam unicuique ministrari cupientes et de vestra cuiusque fide, integritate et ad infrascripta sufficientia plurimum in Domino confidentes, vobis et vestrum cuilibet apostolica auctoritate, nobis specialiter attributa, committimus causam et causas appellationis huiusmodi, quam et quas ipse Iacobus super praemissis et illorum occasione habet et movet, habereque et movere vult et intendit, contra et adversus praefatum Melchiorum, omnesque alios sua communiter vel divisim interesse putantes, cum omnibus et singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis et connexis, etiam summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, sola veritate inspecta, terminisque substantialibus unico contextu vel etiam non servatis, sed illorum loco praefixo termino arbitrio vestro et cuiuslibet vestrum procedendo audiendas et fine debito terminandas.

Nos enim vobis et vestrum cuilibet ipsum Melchiorum e alios quoscumque in executione citationis praesentium vigore decernenda nominandos, etiam per edictum publicum (constituo prius etiam summarie et extraiudicialiter de non tuto accessu) citandi et monendi, eisque ac etiam quibusvis iudicibus caeterisque personis, quibus et quoties opus fuerit, etiam per simile edictum, ac etiam sub censuris et poenis ecclesiasticis necnon pecuniariis,

<sup>676</sup> Andreas Dzierzanowski († 1583), monachus Cisterciensis de Clara Tumba, abbas monasterii Wągrowiezensis in dioecesi Gnesnensi ab a. 1553.

<sup>677</sup> Clemens Rudnicki († 1582), custos Gnesnensis ab a. 1550.

<sup>678</sup> Adalbertus (Ioannes ignoratur) Zabiński († 1581), canonicus Gnesnensis ab a. 1556.

<sup>679</sup> Iacobus Kostkowski († 1575), abbas monasterii Landensis ab a. 1560.

<sup>680</sup> Ioannes Sikorski († 1599) IUD, canonicus et officialis generalis Gnesnensis a 16 VII 1573.

vestro et cuiuslibet vestrum arbitrio moderandis et applicandis, inhibendi; ac contra inobedientes et rebelles quoslibet censuras et poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravandi; interdictum ecclesiasticum apponendi; auxiliumque bra[11r]chii saecularis invocandi necnon eundem Iacobum Abbatem adversus lapsum temporis et fatalium dictamque sententiam imprimis et ante omnia (prout iuris fuerit) restituendi ac a quibusvis sententiis, censuris et poenis, in eum praemissorum occasione forsitan latis, simpliciter vel ad cautelam (sicut iuris ratio dictaverit) absolvendi aliaque omnia et singula in praemissis et circa ea quomodolibet necessaria et opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi et exequendi, auctoritate praedicta tenore praesentium facultatem et auctoritatem concedimus et impartimur.

Non <sup>(a-)</sup>obstante [constitutione]<sup>(a)</sup> foelicis recordationis Bonifacii Papae VIII, qua cavetur expresse, ne quis extra fines suae dioecesis aut provinciae ultra duas dietas ad iudicium evocetur<sup>681</sup> (dummodo quis auctoritate praesentium ultra tres dietas ad iudicium non extrahatur), aliisque apostolicis ac in provincialibus et synodalibus Conciliis aeditis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Cracoviae, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, sexto Idus Aprilis, pontificatus Ss.mi D.ni Nostri Gregorii Papae XIII anno secundo.

Vincentius Episcopus Montisregalis etc.  
Omnino gratis.

<sup>a-a)</sup> *In textu: obstantib*

## N. 97.

**Vincentius Lauro**

**Valentino Otwinowski, mansionario ecclesiae collegiatae Varsaviensis**

Cracoviae, 30 IV 1574.

*Permittit ei, in artibus liberalibus magistro et ad quattuor ordines minores iam promotus, ut a suo ordinario tribus dominicis vel diebus festis successivis omnes sacros, etiam presbyteratus ordines suscipiat, ad quos brevi suscipiendos ratione perpetui beneficii ecclesiastici, Mansionariae nuncupati, in saeculari et collegiata ecclesia oppidi Civitatis nuncupati Varsoviensis, Posnaniensis*

<sup>681</sup> Vide bullam "de conservatoribus", 8 IV 1295 editam (*Bullarium Romanum* IV, p. 128), quae potestea in *Sextum Decretalium* inserta erat (Lib. I, tit. 14: De officio et potestate iudicis delegati, cap. 15).

dioecesis, *in qua Verbi Dei populo praedicandi munus ei incumbit, arctatus existit (forma litterarum eadem ac sub N. 74).*

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 16r-v.

### N. 98.

**Vincentio Lauro**  
**Ioanni Sikorski, officiali Gnesnensi**

Cracoviae, 4 V 1574.

*Mandat ei, ut a poenis ecclesiasticis absolvat Laurentium Pobiedziński, clericum dioecesis Gnesnensis, qui, ut asserit, defectum natalium, ex praesbitero et coniugata genitus, patitur, militiae clericali adscribi desiderans, dicto defectu tacito et nulla dispensatione desuper obtenta, sese clericali characterе insigniri, necnon ad quattuor minores ordines promoveri uno et eodem die, alias tamen rite fecit, nunc vero sanationem huius irregularitatis expetit. Permittit etiam, ut, si dignus fuerit, ad reliquos ordines sacros promoveri queat (textus et subscriptiones, ut in N. 89).*

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 13-14r.

### N. 99.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 7 V 1574.

*Memorialem libellum capituli Varmiensis, ad regem (Henricum) datum, ei mittit et mandat, ut negotium canonicorum apud regem et aepum (Uchański) promoveat.*

Min.: AV, Nunz.Pol. 172 f. 146r.

Al Nuntio in Polonia, VII di Maggio [15]74

Molto Rev.do Monsignore etc. Da l'incluso memoriale del Capitolo di Varmia V.ra Signoria vedrà quello che egli honestamente desidera dala

Maestà del Re di Polonia<sup>682</sup>. Nostro Signore, oltre l'haverne scritto un breve a Sua Maestà<sup>683</sup>, ha ordinato che V.ra Signoria anchora aiuti et favorisca<sup>a)</sup> questo negotio et con la detta Maestà et con Mons. l'Arcivescovo Gnesnense et Vescovo Vladislaviense<sup>684</sup>. Il che farà con ogni caldezza et attenderà a conservarsi sana, come io ne le offero di core. Di Roma etc.

a) *Sequitur expunctum*: caldamente

## N. 100.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 8 V 1574.

*Nuntiat de morte palatini Cracoviensis (Ioannis Firlej) et de colloquio suo cum rege habito, in quo ad vacantem post illum palatinatum et capitaneatum Cracoviensem Ioannem Tęczyński proposuit; refert regem sibi respondisse se hos magistratus palatino Sandomiriensi (Petro Zborowski) dare promississe et promissum servare debere; quapropter se a rege petiisse, ut eidem Zborowski iuberet, quo "synagogam haeticorum" Cracoviae clauderet et haeticos e senatu civitatis amoveret atque clerum et iurisdictionem ecclesiasticam defenderet; regem tales condiciones approbasse easque nominato suo tradidisse, qui eas acceptasset; Ioanni autem Tęczyński regem munus succamerarii regni promississe. Significat intercessionem etiam apud regem per Pomponium de Bellièvre et Rogerum de Bellegarde tentatam irritam fuisse; die 2 V regem supremum regni marescalcum Andream Opaliński et marescalcum aulae Andream Zborowski nominasse, die autem 9 V Ioannem Tęczyński succamerarium nominatum iri. Scribit deinde de colloquiis cum epo Chelmensi (Starożrebski) et aepto (Uchański) factis de cavendo victu infanti (Annae) et de eius matrimonio cum rege ineundo: in primo negotio se feliciter apud regem intercessisse, in altero intercedere recusasse. Certiorem eum facit regem pro Iesuitis Fuldensibus ad landgravios Hassiae scripsisse; se autem regi et aepto de ipsorum constantia in agendo gratulatum esse; oratores chani Tartarorum Perecopensium Cracoviam venisse, dona ferentes et petentes, ut commune bellum cum Moscovitis ineatur;*

<sup>682</sup> Memorialis libellus non est conservatus.

<sup>683</sup> Ex hoc brevi, dato 1 V 1574 praedito, scimus capitulum petiisse "se in possessionem bonorum Tolcemitensium restitui, de qua fuit ante annos fere quinque per quendam nobilem Zalinski [Zaliński] temere deiectum. Quae quidem bona, cum sint a tuae Maiestatis antecessoribus, Poloniae Regibus, ad pias causas et ad anniversarias pro Regum defunctorum animabus preces faciendas attributa, cupiunt etc." (min. AV, Sec.Brev. 30 f. 285r (in f. 285ar mandatum hoc breve conficiendi). Cfr. registrum brevis iam confecti, ibidem, ms. 31 f. 174r-v.

<sup>684</sup> Uchański et Karnkowski.

*Antonium Mariam Graziani iam convaluisse; se litteras eius 20 III datas accepisse; regem mox refectionis causa in Niepołomice profecturum esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 64r-68v. In f. 69v inscriptio et vestigium sigilli.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 12v-15r.

**Ed.:** Wierzbowski VL, p.42-46.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

Dopo che io con le mie ultime di 20, 21 et 22 d'Aprile detti aviso ala Signoria V.ra Ill.ma del progresso et del compimento di questi Comitii<sup>685</sup> soccesse la morte del Palatino di Cracovia. Il quale, essendo stato molti di oppresso di catarro et di febre continua, finalmente passò al'altra vita, senza havere (per quanto si dice) mostrato segno veruno di pentimento delle sue male openioni<sup>686</sup>. Et in tale occasione non s'è lasciato dal canto mio mettere in consideratione al Re che il Signor Iddio con molti et grandi effetti havea sempre mostrata particular cura dela persona sua, imperoché sopra tutti gli altri Prencipi de' nostri tempi, non pure l'ha concesse nella sua tenera età, molte et importanti vittorie per la fede Cattolica, ma ha ancora con la sua santa gratia ispirati gli animi di questi popoli, diversi di lingua et di religione, ad eleggerlo per loro Re et poi riceverlo et coronarlo con consentimento et applauso di ciascuno. Et a tante gratie piacque a Sua Divina Maestà agjonger ancor questa, con haverlo libberato dali gravissimi pericoli che di continuo gli soprastavano dal'astutia et possanza del sodetto Palatino. Per la cui morte se li presentava hora la occasione di poter a fatto stabilire l'autorità et grandezza sua in questo Regno amplissimo, dove essendo la Provincia di Massovia cattolica, grandissima et populatissima et anco favorevole ala Maestà Sua, faceva di mestieri per mantenerla alla divotion sua accarezzare et obligarsi li Signori principali di essa, imperoché quella sola Provincia, essendo in mezzo dela Polonia, dela Lituania, dela Prussia et dela Russia, bastava a conservare tutte quelle Provincie nela debita fede et obediencia. Li restava solamente la sicurezza di questa Città, la quale sì come è nelle frontiere de' paesi, deli quali haveria più a temere, et è capo di tutto il Regno, così a guisa di Parigi in Francia verrebbe a difender et sostenere sempre mai la persona reggia. La via di assicurarsene era prontissima, imperoché il popolo, eccetto alcuni pochi, era cattolico et è tanto numeroso che potrebbe far una militia di 8 in 10 mila fanti, li quali sotto un Palatino et Capitano cattolico, esperto nela guerra et dipendente da Sua Maestà,

<sup>685</sup> Cfr. N. 92-94.

<sup>686</sup> Ioannes Firlej obiit Cracoviae 25 IV 1574 (cfr. Waclaw Urban, *Daty życia niektórych osób z XVI w. związanych z Krakowem. Przyczynki źródłowo-biograficzne* [De gravioribus vitae momentis nonnullorum virorum cum Cracovia coniunctorum], "Biuletyn Biblioteki Jagiellońskiej", 41 (1991), p. 88).

potavano in poco tempo [66v] rendersi habbili al combattere et stare sempre apparecchiati seondo il bisogno.

Nel Palatinato et Capitanato li proposi il Conte di Tenscin<sup>687</sup>, Signore molto cattolico, di nobilissima casa, fedele al Re et di costumi sì modesti et lodevoli che Sua Maestà se ne poteva assicurare senza sospetto veruno. Et come che, per la lunga pace dei Re passati, il detto Signore non fosse per avventura tanto esercitato nelle cose dela guerra, Sua Maestà haveva qui appresso di se Mons. di Bellagarde, Francese, capitano molto esperto<sup>688</sup>, il quale l'haveria posta benissimo al'ordine questa militia. Et il Conte di Tenscin, per osservanza che porta al Re et per la sua buona natura, si sarebbe amorevolmente accordato con lui. Et, in somma, con molte altre persuasione se li propose che per stabilire lo stato et dignità sua, era necessario far electione d'un Palatino et Capitano Cattolico in questa Città, ricordando anche a Sua Maestà che io in nome suo mi trovavo haver fatto intender a N.ro Signore che ella non daria Palatinato a persone heretiche.

Il Re mi rispose molto benignamente con dirmi che conosceva l'obligo infinito che havea a Dio di tante gratie ricevute, et che si sforzera, con l'aiuto di Sua Divina Maestà, non provocare la sua indignatione col vitio dela ingratitude. Approvò tutto quello che s'era proposto esser non solo utile ma necessario per la conservatione et grandezza sua. Et mostrò dispiacere non poter eseguire per hora, perché Monsignor di Valenza<sup>689</sup> l'havea obligato con iscrittura di dar al Palatino di Sendomiria queste due carighe, quando venissero a vacare<sup>690</sup>. Là onde non poteva venir meno, soggiogendo che il detto Palatino s'era portato bene nela sua electione et faceva professione di esserli servitore, et era anche il più prossimo a questa dignità; per il che, restan-do privo, haveria cagione di sdegnarsi et, per conseguente, apportarli qualche disturbo. Oltre che sperava, per mezzo del Signor Andrea, suo fratello, contenerlo in officio. Gli replicai che almeno dando il Palatinato a lui, elegesse un cattolico al Capitanato, perché l'uno [67r] et l'altro offittio accresceva troppo l'autorità d'un heretico. Mi fu replicato che era vero, ma gli increseceva non poter far di manco. Et quanto a quello che io havevo in nome suo scritto a N.ro Signore, si ingegneria osservarlo. Ma in questo non era far nuovo Palatino, ma trasferirlo in un altro. Finalmente, vedendo io che non v'era altro rimedio, pregai la Maestà Sua che, per gloria di Dio et per conservatione dela riputatione sua, prima che conferisse il Palatinato et Capitanato di Cracovia al Sendomiria, l'obligasse a levar via da questa Città la sinagoga degli heretici<sup>691</sup>, haver in particolar raccomandatione il clero et la giu-

<sup>687</sup> Ioannes Tęczyński.

<sup>688</sup> Rogerus de Saint-Larry, dominus de Bellegarde († 1579), marescalcus Galliae, aulicus dilectus regis Henrici Valesii.

<sup>689</sup> Ioannes de Monluc.

<sup>690</sup> Revera nominatio regia Petri Zborowski ad munera palatini et capitanei Cracoviensis iam mense Maio a. 1574 facta erat (cfr. Cynarski-Falniowska UWK, p. 107).

<sup>691</sup> Agitur de ecclesia evangelicorum, quae "bróg" vocabantur (cfr. N. 88).

risdittione Ecclesiastica et impedire che al'avvenire nel Senato di Cracovia non fosse ammesso alcuno heretico. Et con queste tre conditioni io haverei havuta occasione di scusare questa attione di Sua Maestà appresso N.ro Signore, et che bisognava mandar a chiamar il Palatino, parlargli in persona et farsene dar la fede.

Piacquero ala Maestà Sua le conditioni et s'offerse volerne obligar il Palatino, mostrandosi desideroso che non si scrivesse a Roma in sino a tanto che avesse eseguito il tutto. Il che fece a bocca con molta efficacia alcuni giorni appresso. Percioché il Palatino promise voler mettere in esecuzione quanto il Re gli havea comandato. Vero è che circa la sinagoga non giudicava abolire a fatto così presto senza pericolo di disturbo, ma che Sua Maestà confidasse nela fede di lui che lo faria pian piano et con desterità tale che daria occasione al Re di conoscer in effetto quanto esso stimava il servigio et contento di Sua Maestà. Piacque poi al Re aggradire la commendatione che le havevo fatta dela persona del Conte di Tenscin, con darmi speranza che lo farebbe Succamerario, che è (come dicono in Francia) gran Ciamberlano. L'offitio in tempo di questo Re che mantiene i costumi Francesi è d'importanza grande et gioverà grandemente haver di continuo appresso di se un Signor principale cattolico di buono et honorato nome.

[67v] Io volsi communicar tutto ciò a Mons. di Believre, Ambasciatore di Francia, Signor virtuoso et integro, et così parimente a Mons. di Bellegarde, degno et valente cavaliere, amendue cattolici, li quali, mostrando malissima contentezza dela resolutione del Re, fecero dopo me officii molto efficaci in persuadere ala Maestà Sua quello che l'era stato antiposto per suo servitio. Ma il Re, con suo dispiacere, serrò loro bocca con quella prelibbata scrittura. Il detto Mons. di Bellegarde s'è poi partito ala volta d'Italia per andar ala Corte di Francia. Et di questi Signori Francesi resta solamente esso Mons. di Believre, di cui posso confidare neli negotii che occorreno per servitio dela Religione Cattolica, del Re et del Regno.

Il Maresciallato del Regno s'è dato al'Opalinski et il Sig. Andrea Sborowski in un medesimo giorno, che fu domenica passata, è stato fatto Maresciallo della Corte<sup>692</sup>. Il quale, havendo questa dignità, potrà tanto più regolare il Sendomiria, suo fratello, che ha già havuto il Capitanato et presto haverà il Palatinato di Cracovia. Io non manco in tutte le occasioni raccomandare et proporre al Re li Signori cattolici et, per quanto mi è lecito, impedire la contraria parte. Et di già Sua Maestà mi disse hieri che domattina al ritorno dela messa dichiarerà Succamerario il Conte di Tenscin<sup>693</sup>. Quanto poi al Sig. Cotquevisci, Lasko, Duca d'Olica et Sig. Lidnoski, cognato del Cotque-

<sup>692</sup> Translatio itaque Andreae Opaliński ad munus supremi marescalci regni et nominatio in eius locum ad dignitatem marescalci aulae Andreae Zborowski die 2 V peracta erat (quod notitiam in recenti catalogo dignitatorum regni contentam accuratiorem reddit, cfr. Chłapowski-Zielińska UCNP, p. 79-80, 87).

<sup>693</sup> Revera Ioannes Tęczyński ad hoc munus iam 4 V 1574 nominatus erat (cfr. Chłapowski-Zielińska UCNP, p. 117).

visci<sup>694</sup>, che ho raccomandati per ordine di N.ro Signore<sup>695</sup>, tutti hanno con effetto conosciuto in quanta veneratione et osservanza il Re habbia il nome di Sua Beatitudine.

Questi giorni il Vescovo di Chelma<sup>696</sup> in nome della Signora Infante<sup>697</sup> venne a pregarmi che io havessi in protezione le cose di essa Signora Infante, come havevano fatto gli altri Nuncii, miei predecessori, et in particolare raccomandassi al Re la esecuzione del testamento del Re morto<sup>698</sup> con interporvi il nome di Nostro Signore. Io non mancai far l'officio appresso Sua Maestà, la quale s'offerse, con molta prontezza, per il rispetto di Sua Beatitudine, con farlo [68r] anche intendere ala Sig. Infante. Vennero poi Mons. l'Arcivescovo<sup>699</sup> et il detto Vescovo et entrarono a ragionare con meco del matrimonio. Io non me ne sono mostrato punto alieno, havendo, come si conveniva, grandemente lodate la pietà et l'altre virtù di lei. Ma con la debita modestia mostrai desiderarci due cose, le quali erano il fine di questo santo sacramento, ciò è la speranza dela prole et il rimedio contra il peccato. Il qual rispetto forse ha ritenuto N.ro Signore a non darmene particolar commandamento. Amendue con molta circospezione approvarono la risposta senza proceder più oltre. Circa poi il testamento, il Re, per evitare ogni sospetto di proprio interesse, ha commessa la causa a certi Signori deputati, con la dichiarazione di 30 mila fiorini l'anno di trattenimento et concessale la stanza di Varsovia in sino a tanto che si venghi ala esecuzione del testamento.

Io ho voluto legger al Re la lettera di V.ra Signoria Ill.ma deli 3 d'Aprile in raccomandatione del'Abbate et dei padri Giesuiti di Fulda<sup>700</sup>. Sua Maestà s'è offerta volerne scrivere di suo pugno ali Lantgravii. Sto hora sollecitando la speditione et la invierò et raccomanderò a Mons. di Torcello in Vienna<sup>701</sup>. Quanto poi all'ordine, datomi da lei con l'altra sua, pure di 3 del medesimo mese<sup>702</sup>, è stato con la efficacia che conveniva eseguito da me, et con il Re et con l'Arcivescovo. L'officio fu gratissimo a l'uno et al'altro. Et quando verranno li brevi, me ne valerò appresso Sua Maestà et con il detto Arcivescovo, il quale resta non pure soddisfatto, ma confuso dela memoria che N.ro Signore si degna haver dela persona di lui.

Sono comparsi qui quattro Ambasciatori mandati dal Signore de Tartari Precopiti<sup>703</sup>, li quali, con gran sommissione et ingenocchioni, havendo es-

<sup>694</sup> I. Chodkiewicz, A. Łaski, N. Chr. Radziwiłł et I. Leśniowski.

<sup>695</sup> Cfr. N. 81.

<sup>696</sup> Albertus Starożrebski.

<sup>697</sup> Anna Jagellonica.

<sup>698</sup> Agebatur de hereditate et "advitalitate" reginulae Annae, praesertim de 32 milibus florenorum Hungaricalium (cfr. infra in hac epistula), de quibus ei in testamento Sigismundi Augusti cautum erat, vide *Testament Zygmunt Augusta*, oprac. A. Franaszek, O. Łaszczyńska, Kraków 1975, p. 16-17.

<sup>699</sup> Iacobus Uchański.

<sup>700</sup> Vide N. 84.

<sup>701</sup> De hac epistula, transmissa per nuntium Ioannem Dolfin, vide infra, N. 112.

<sup>702</sup> Cfr. N. 85.

<sup>703</sup> "Horda" Tartarorum, qui terras Tauricae Chersonesi et ei vicinas inhabitabant. Nomen derivatur a Perekop (Fossa), loco, qui paeninsulam cum continente coniungit.

posta la imbasciada in nome del lor Signore, che essi chiamano Cesare et Gran Cane<sup>704</sup>, presentorono al Re in nome di Cesare un fazzoletto di tela bombacina bianca, lavorato d'oro all'intorno, con arco ala Tartaresca, et per parte dela moglie principale un fazzoletto dela medesima [68v] tela, ma bigia, et in nome del primo genito un'altro arco et fazzoletto bianco. Dimandorono la continuatione dela loro amicitia con la provisione annua di 20 mila ungari, 10 mila in contanti et 10 mila in panni, secondo il costume; et offersero dal canto loro al Re (come sono obligati) 40 mila et più cavalli, biasimando la memoria del Re passato che li tratteneva in speranza senza mai far guerra, et lodando il presente per la certezza che havevano di haver presto a prender sotto di lui l'arme contra il Mosco, commune nemico etc<sup>705</sup>.

Il Sig. Gratiano è già guarito a fatto et tutta via si va rinfrancando con isperanza di potersi metter in viaggio fra pochi dì. Con che mi resta solamente a dirle d'haver ricevuta la lettera di V.ra Signoria Ill.ma di 20 di Marzo<sup>706</sup> et che il Re dovrà Lune o Marte andar a diporto in un luogo qui vicino chiamato Niepolemicz<sup>707</sup>. Et hor che è mancato il Palatino di Cracovia, per aventura non affretterà d'avviarsi così presto verso Varsovia. Bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria etc. Di Cracovia, a 8 di Maggio 1574.

(<sup>a</sup>-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor  
il Vescovo del Mondevi<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 101.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 17 V 1574.

*Litteris adiuncta mittit acta processus informativi Lucae Kościelecki ad episcopatum Premisliensem nominati et declarationem marescalci Opaliński et ipsius Kościelecki de simonia ab eo inscio perpetrata. Cum depositiones te-*

<sup>704</sup> Duces Tartarorum titulo "chan" ("khan") utebantur, quod nuntius probabiliter cum vocabulo "cane" (canis) consociabat. "Chan" tum erat Dewletgirej (ca 1553-1577).

<sup>705</sup> Fusius de hac legatione scripserunt: Sventoslaus Orzelski in suo diario (p. 228) et Hieronymus Lippomano in litteris ad duces Venetiarum, Aloisium Mocenigo, 7 V 1574 Cracovia datis (ed. Cieszkowski, p. 78-84).

<sup>706</sup> Cfr. N. 81.

<sup>707</sup> Niepołomice, locus 12 km a Cracovia ad orientem solem distans, domicilium et sedes aestiva regum Poloniae.

*stium candidato propitiae sint, nuntiat se eum ad dictum episcopatum commendare statuisse. Adiungit etiam testimonium Universitatis Cracoviensis (de profectibus, quos in studiis doctrinae consecutus est?).*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 70r. Folium cum inscriptione deest.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 15v.

**Ed.:** Wierzbowski VL, p.46-47.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

Il Sig. Opalinski, Maresciallo del Regno<sup>708</sup> et molto confidente di Sua Maestà, ha fatto qui venir il Rev.do Sig. Luca Cotzieleski, Abbate di Lubino, denominato al Vescovato di Premislia. Et avanti che venisse all'atto dela confessione dela fede et del processo, s'è usata la diligenza, con la desterità che conveniva, per intender il fatto, sopra il quale alcuni lo incolpavano di publica simonia<sup>709</sup>. Et con una attestatione del Segretario medesimo, che haveva ricevuta la somma del danaro, et con un'altra del sodetto Sig. Maresciallo, si viene in congettura che esso Rev.do Abbate (si come testimica tutto ciò in una scrittura) non fu consapevole delo sborso del danaro, eccetto dopo la morte del Re, in tempo che non havea speranza di ottener il Vescovato di Culma, come non l'ha anche havuto in tempo del Re presente. Et in questo sarebbe non pur difficile, ma pericoloso, poter provare il contrario.

Per il che, essendo il prefato Signor Luca di casa nobile et principale et strettissimo parente del Maresciallo, et dala vista et ragionamento suo non parendomi già tale, come alcuni dicevano, mi è parso per degni rispetti accettare la sua professione di fede et esaminare li testimonii et far il processo secondo la forma del Santo Concilio Tridentino. Lo mando per tanto con le tre sodette scritture overo attestazioni et col testimonio dela Università di Cracovia, accluso con questa mia, a V.ra Signoria Ill.ma<sup>710</sup>. Ala quale baciando riverentemente la mano *etc.* Di Cracovia, a dì 17 di Maggio 1574.

(a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor  
il Vescovo del Mondevi<sup>a)</sup>

a-a) *Autographum.*

<sup>708</sup> Andreas Opaliński.

<sup>709</sup> De eiusmodi crimine Lucae Kościelecki obiecto vide N. 93.

<sup>710</sup> Acta processus et scripta annexa perierunt.

**Vincentius Lauro**

**Melchiori de Mościska OP, Stanislao Kwiatkowski OFM,  
Stanislao Kański OESA et Lucae Leopoliensi OP**

Cracoviae, 17 V 1574.

*Visitatores monasterii Carmelitarum (Calceatorum) Cracoviae eos nominat.*

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 14v-15r.

Vincentius [etc, ut in N. 74], dilectis nobis in Christo Melchiori, in Theologia magistro praedicatorum<sup>711</sup>, et Stanislao Kwiatkowski Sancti Francisci minorum<sup>712</sup> ac Stanislao Cancio Sancti Augustini heremitarum<sup>713</sup> ordinum Ministris provincialibus per loca antedicta, necnon Lucae Leopoliensi, dicti ordinis praedicatorum professori, etiam in Theologia magistro<sup>714</sup>, salutem in Domino sempiternam.

Sane piis omnibus semper compertum fuit nihil esse, quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dicarunt. Atque hoc adductus Ss.mus Dominus noster, D.nus Gregorius, divina providentia Papa XIII, pro suo in omnes Christifideles totius orbis paterno<sup>a)</sup> affectu et pastoralis officio, cupiens iis mederi malis, quae a corruptis hominum moribus ortum habuerunt, inter potiora, quae in hoc legationis munere nobis demandavit, istud vel maxime iniunxit, ut scilicet omnes personas ecclesiasticas, tam saeculares quam etiam mendicantium ordinum regulares et exemptas, cuiuscunque dignitatis et prae-eminentiae existentes, tam in capite quam in membris, apostolica auctoritate visitemus ac in eorum vitam, ritus et mores, aliasque qualitates inquiramus atque caetera huc pertinentia exequi studeamus, quo ipsae personae ecclesiasticae, quemadmodum sunt a rebus saeculi in altiore locum sublatae, ita deinceps tamquam vitae et morum integritatis speculum tam lucidum sese exhibeant, ut in eas reliqui oculos merito coniciant, ex eisque sumant quod ad Dei gloriam et eorum salutem imitentur.

<sup>711</sup> Melchior de Mościska (ca 1507-1591), a. 1530 Ordinem Praedicatorum Cracoviae ingressus est; doctor theologiae Universitatis Bononiensis a. 1546 promotus, praepositus provincialis (iterum et iterum) ab a. 1568; clarissimus concionator et theologus.

<sup>712</sup> Stanislaus Kwiatkowski († 1592/6) OFMConv, praepositus provincialis a. 1574-1577.

<sup>713</sup> Stanislaus Kański, vicarius generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini per totam Poloniam saltem ad a. 1595, vide G. Uth, *Szkic historyczno-biograficzny zakonu augustiańskiego w Polsce* [Brevis descriptio historica et biographica OESA in Polonia], Kraków 1930, p. 114.

<sup>714</sup> Lucas de Leopoli (ca 1523-1583), Ordinem Praedicatorum ingressus est circa a. 1544, concionator generalis OP in Polonia ab a. 1556, doctor theologiae Universitatis Bononiensis a. 1558 et ab eodem anno rector studii generalis OP Cracoviae.

Qua in re etsi per graviores eiusdem<sup>a)</sup> nostri muneris occupationes nobis non licet tam salubri praescripto per nos ipsos nunc vacare, illud tamen pro viribus exequi statuimus. De vestra igitur fide, prudentia, integritate et in iis praestantia plurimum in Domino confisi, dicta auctoritate nobis specialiter attributa vobis mandamus, ut vos coniunctim procedentes loco nostri eadem auctoritate domum fratrum Carmelitarum, in territorio Civitatis Cracoviensis consistentem<sup>715</sup>, eiusque ecclesiam ac dilectos nobis in Christo Priorem et fratres, aliosque omnes et singulos, sub habitu et obedientia regulari inibi viventes, tam in capite quam in membris, sedulo visitetis ac illorum statum, formam, regulam, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitam, ritus, mores et disciplinam, tam coniunctim quam divisim, ac tam in capite quam in membris, diligenter inquiratis, necnon quacunque mutatione, [15r] correctione, emendatione, revocatione, renovatione ac etiam ex integro aeditione indigere cognoveritis, ea omnia ad nos fideliter deferatis.

Caeterum ut haec nostra mandata quam primum exequi valeatis, Priori et fratribus praefatis praecipimus, ut in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis maioris latae sententiae poena eo ipso incurrenda vos ad liberam praemissorum executionem humiliter admittant, nec per se vel alium seu alios in iis impedire quoquomodo audeant vel praesumant. Nos autem demum, evangelicae et apostolicae doctrinae, sacrorumque canonum et generalium Conciliorum decretis ac sanctorum patrum traditionibus et institutis, necnon antedictae regulae inhaerendo, quae occasio rerumque qualitas exegerint, et in Domino conspiciemus expedire, super iisdem praemissis statuemus. Datum Cracoviae, anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, quartodecimo Kalendas Iunii, Pontificatus eiusdem Ss.mi Domini Nostri Papae anno secundo.

Vincentius, Episcopus Montisregalis *etc.*  
Omnino gratis.

<sup>a)</sup> *Adscriptum in margine manu Iosephi Monachi.*

**N. 103.**

**Vincentius Lauro**  
**Stanislao Karnkowski, epo Vladislaviensi**

Cracoviae, 18 V 1574.

*Nuntiat se ad litteras eius 7 et 16 V datas hactenus non respondisse, nam solum hodie occasionem nactum esse petitiones eius regi significandi; regem*

<sup>715</sup> Agitur de monasterio Carmelitarum Calceatorum "in Arena", a. 1390 condito.

*promississe se post suum ex Niepołomice reditum, eum ad se accersiturum et de summis rebus cum eo consulturum esse.*

**Reg.:** Kraków, BCz, ms. 311, p. 87-88.  
**- Ed.:** Karnkowski, f. M1v.

Binis Rev.dae Dominationis V.rae literis, unis die VII, alteris XVI mensis Maii Pircovii datis<sup>716</sup>, respondere tantisper supersedi, dum Regem comode alloquendi essem nactus occasionem, quae non antea quam hoc mane sese obtulit. Nolui ego deesse, quin Regi pro munere meo cuncta, quae ad ipsius incolumitatem et dignitatem tuendam et augendam attinent, significarem. Ille praestantissimo optimoque, quo praeditus est, ingenio omnia boni aequique fecit, ingentemque in iis benevolentiam, fidem et observantiam Dominationis V.rae Rev.dae erga se maxime agnovit et comprobavit, statuitque eam post suum a pago Niepolemice reditum in hanc urbem ad se accersere, deque summis (ut consuevit) praecipuisque rebus consulere. Huiusmodi ego Regis propositum ut vehementer laudavi, ita dabo operam, ne improborum hominum invidia interrumpatur, speroque Rev.dam Dominationem V.ram non modo in vanum non currere, sed etiam religiosissimi Episcopi egregiique Senatoris officio salubriter fungi. Opto Rev.dam Dominationem V.ram bene ac diutissime valere meique in Sanctissimo Altaris sacrificio memorem esse. Datum Cracoviae, 18 Maii 1574.

#### N. 104.

**Vincentius Lauro**

**Melchiori de Mościska OP, Stanislao Kwiatkowski OFM,  
 Stanislao Kański OESA et Lucae Leopoliensi OP**

Cracoviae, 21 V 1574.

*Cum visitatio, a se eis demandata, monasterii Carmelitarum Cracoviensium palam ostenderit, quot et quanti abusus, praesertim a priore, Stanislao Sredigio, in illo commissi fuerint, mandat eis, ut eum officio privent et in carcerem detrudant, donec delictorum suorum rationem reddat et condignam eis poenitentiam peragat. Iniungit eis praeterea, ut ceteros quoque monachos, simi-*

<sup>716</sup> Ambae epistolae epi Karnkowski, quae ex pago Biórków, 15 km ad septemtrionem et orientem a Cracovia distante, datae esse videntur, perierunt.

*lium facinorum reos, rite puniant, totum monasterium reforment et Martinum Kommacki, sacristam et concionatorem, novum priorem nominent.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 396 f. 15r-16r.

Vincentius *etc* [ut in N. 74], dilectis nobis in Christo Melchiori, in Theologia Magistro praedicatorum, et Stanislao Kwiatkowski Sancti Francisci minorum ac Stanislao Cantio Sancti Augustini haeremitarum ordinum Ministris provincialibus per loca antedicta, necnon Lucae Leopoliensi, dicti ordinis praedicatorum professori, etiam in Theologia magistro, salutem in Domino sempiternam.

Paucis abhinc diebus dedimus vobis in mandatis, ut loco nostri (qui pro muneris nostri functione gravioribus occupationibus detinebamur) Apostolica auctoritate nobis specialiter attributa domum fratrum ordinis Carmelitarum, in territorio huius civitatis Cracoviensis consistentem, eiusque ecclesiam ac dilectos nobis in Christo Priorem et fratres, aliosque omnes sub habitu et observantia regularibus inibi viventes, tum in capite quam in membris visitaretis ac in illorum statum, vitam et disciplinam inquireretis, necnon quaecunque mutatione, correctione, revocatione et renovatione indigerent, ea ad nos deferretis, ut quae in Domino expedirent statueremus, sicut in nostris desuper confectis litteris plenius continetur<sup>717</sup>.

Et deinde vos mandatis nostris obtemperantes exactam omnium inquisitionem [15v] fecistis, ex qua, non sine maximo animi dolore, depraehendimus matutinas et plures alias horas canonicas, non nisi paucis diebus in dicta Ecclesia celebrari, Priorem, Stanislauum Sredigium<sup>718</sup> appellatum, et fratres praedictos sacramentalem confessionem rarissime facere, missas tamen saepissime celebrare, in ipsa domo nullam legitimam clausuram nec aliam vitae monasticae speciem observari, ipsos fratres, sine ulla disciplina viventes, pene totis diebus per tabernas vagari et inebriari; eumdem Stanislauum Priorem a multis annis impudicam mulierem in una ex domibus illius conventus fovere et cum ea tamquam concubina versari; apud hanc tempore nocturno quendam vulneribus affecisse atque ideo ad iudices saeculares delatum fuisse; ac denique nullum in ipso conventu Novitium praeter unum, eumque sine praeceptore, educare; praefatis suis fratribus tenuissimum cibum, potum vero nullum praebere, sed omnes ipsius conventus census et eleemosinas illi donatas eum unum consumere, nec ullam horum rationem reddere ac alia patrasse et patrare, quae cedunt in maximam Dei of-

<sup>717</sup> Cfr. N. 102.

<sup>718</sup> Qui fuerit, statuere non potuimus.

fensam, monasticae vitae dedecus et detrimentum ac ipsorum Prioris et fratrum animarum periculum scandalumque plurimorum.

Quibus malis nos (ad infrascripta per Sanctae Sedis Apostolicae litteras, ad quarum insertionem non tenemur, sufficienti facultate muniti) pro eodem munere nostro, quantum in nobis situm est, opportune prospicere et in ipso conventu omnia ad dicti ordinis regulae praescriptum, adiuvante Domino, reducere statuentes ac vestram fidem, prudentiam, integritatem per nos in praemissis exploratam comprobantes et plurimum in eodem Domino commendantes, vobis mandamus, ut eadem autoritate praefatum Stanislauum Priorem ad vos vocatum sive comparentem, sive forsitan contumacem, ob praemissa delicta dicti conventus Prioratu et quocumque illius regimine perpetuo privetis et ab illis omnique dictorum fratrum consortio amoveatis, necnon sic privatum et amotum carceribus tutis mancipetis non relaxandum, donec omnium rerum et bonorum ipsius conventus cum dicta administratione sibi traditorum ac censuum et eleemosinarum huiusmodi legitimam rationem vobis reddiderit et pro delictis per eum sic admissis condignam poenitentiam peregisse vobis visus fuerit. Pariter etiam in fratres antedictos praemissorum [16r] occasione quoque culpabiles, sicut eos deliquisse vobis quoque constiterit, secundum culparum pravitatem ac iam dictae regulae dictamen puniatis et corrigatis, necnon Evangelicae et Apostolicae doctrinae sacrorumque canonum et generalium Conciliorum decretis ac sanctorum patrum traditionibus et institutis inhaerendo, quaecumque in reliquis mutatione, correctione, emendatione, revocatione, renovatione ac etiam ex integro aeditione inibi indigere cognoveritis, solcite et prudenter reformetis, mutetis, corrigatis, emendetis, revocetis, renovetis et aedatis.

Demum autem, ne ipse conventus Rectore carens ullis exponatur incommodis, eius indemnitati consulentes, dilectum nobis in Christo Martinum Commaczski, eundem ordinem expresse professum, et, ut accepimus, ipsius conventus sacristam ac in eo dictaque Ecclesia verbi Dei concionatorem ordinarium<sup>719</sup>, si illum (quemadmodum esse intelligimus) alioquin quemcumque alium inter iam dictos fratres ad hoc munus obeundum magis idoneum reperiretis (super quo conscientias vestras oneramus), in eiusdem conventus Priorem et dicti Stanislai Sredigii locum deputetis et ipsius conventus curam, regimen, administrationem et in dictos fratres iurisdictionem, quae aliis eiusdem ordinis Domorum Prioribus incumbunt, et ipsi Stanislao Sredigio hactenus incubuerunt, eidem sic deputato (servata in reliquis dictae regulae forma) plenarie committatis et in eis realiter instituatis, ita tamen, quod ipse deputatus eisdem regimini et administrationi ad nostrum beneplacitum duntaxat praesit et de receptis et administratis per ipsum rationem debitam nobis vel suo superiori reddere teneatur. Datum Cracoviae, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo

---

<sup>719</sup> Qui fuerit, statuere non potuimus.

quarto, decimo Kalendas Iunii, Pontificatus Ss.mi D.ni Gregorii Papae XIII anno secundo.

Vincentius, Episcopus Montisregalis etc.  
Omnino gratis.

**N. 105.**

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 22 V 1574.

*Certiozem eum facit litteras eius, 20, 21 et 22 IV datas, ad se pervenisse. Adiungit breve regi destinatum. Accepto nuntio de morte palatini Cracoviensis (Ioannis Firlej), mandat ei, ut promissionis factae regem admoneat ad officia et dignitates publicas non nisi catholicos nominandi. Laudat instantiam et pertinaciam eius apud regem adhibitam, ut a consilio in nominatione episcoporum saeculares amoveret, et addit summum pontificem nominationem Lucae Kościelecki ad episcopatum Premisliensem aegre tulisse. Regem Iesuitas fovere gaudet et suadet, ut ad munus confessarii regii pater Edmundus, Gallus, proponatur. Non habita ratione illorum, quae hactenus scripserat, putat de convocanda synodo provinciali iterum cogitandum esse. Suadet, ut nullam societatem cum Dudutio ineat et apud regem instet, ut eum ex Polonia removeat. Iubet, ut annexum breve aepto (Uchański) tradat eique significet ipsum mox indultum accepturum esse cum facultate beneficia in dioecesi sua vacantia mensibus pontificiis conferendi et licentiam coniungendi duas praeposituras dotandi collegii Societatis Iesu causa. Se non existimare scribit regem esse permissurum, ut nuntius ex Polonia expellatur.*

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 147r-149r.

**Al Nuntio in Polonia, 22 di Maggio 1574**

Molto Rev.do Monsignore etc. Ho ricevuto in un tempo medesimo tre lettere da V.ra Signoria de li 20, 21 et 22 del passato<sup>720</sup>, per le quali N.ro Signore con grandissima sua consolatione ha inteso dela ricuperata sanità del Re et dela constanza dimostrata da Sua Maestà in far resistenza a l'importune petitioni degli heretici. Dela quale attione N.ro Signore ha voluto commendar Sua Maestà col breve che sarà con questa et insieme far mentione

<sup>720</sup> Cfr. N. 91-94.

dela parola data a V.ra Signoria di non haver a dar li Palatinati<sup>a)</sup> et gradi simili<sup>b)</sup> se non a persone catholiche<sup>721</sup>. Il che<sup>c)</sup> haverà servito molto in quest' occasione dela morte del Palatino di Cracovia, dela quale si ha avviso per lettere di 4 del presente di Vienna<sup>d)</sup><sup>722</sup>, per far istanza ala Maestà Sua che, conforme ala promessa, dia questo luogo a un catholico che possa esser di giovamento al servitio di Dio et di Sua Maestà.

L'officio fatto da V.ra Signoria con Sua Maestà, perché si usi diligentia di assumere [147v] ali Vescovadi et dignità ecclesiastiche persone catholiche et per bontà et dottrina degne di tal grado, senza haver risguardo all'intercessione et disegno de' secolari, è stato buono et santo, et bisogna rinovarlo sempre che si presenta occasione, per tener bene edificata Sua Maestà in questo capo tanto importa. Nel quale proposito le dirò che la elettione di quello Abbate al Vescovato Premisliense<sup>723</sup> è biasmata assai et non (<sup>e-</sup>so quel che sarà circa la confirmation sua, quando verranno a dimandarla<sup>e)</sup>).

Poiché V.ra Signoria ha trovata in Sua Maestà la buona inclinatione, che si sperava, di favorir la multiplicatione deli Padri Giesuiti nel Regno, ella, quando sarà tempo, ricorderà l'essecutione di così santo proposito et intanto di qua si darà ordine per mandare qualch'uno di quelle qualità che lei scrive, acciò possa esser di consolatione et aiuto a Sua Maestà nele cose spirituali. Ma io crederei non esserci il migliore che'l (<sup>f-</sup>padre Emondo, per esser Francese et già ben noto a Sua Maestà<sup>f)</sup><sup>724</sup>.

Ancora che io habbia già scritto a V.ra Signoria che il Concilio Provinciale in cotesto Regno è stato schifato sempre come pericoloso d'introdur [148r] novità nela Religione et più atto a far danno che utile<sup>725</sup>, nondimeno hora che habbiamo il Re et l'Arcivescovo tanto gagliardi per il servitio di Dio, par che questo inviti assai a mutar parere. Ma perché la deliberatione è di molta importanza, vi si penserà sopra più maturamente, tanto più essendovi tempo, poiché quando pur si habbi da fare, non si dovrebbe fare, come lei scrive, se non dopo li comitii futuri.

Quanto a quello che ella scrive del Duditio et come si habbi da governar seco per l'avvenire, caso che resti in Corte<sup>726</sup>, V.ra Signoria si attenga al precepto di San Paolo, massime che questo non è solo heretico, ma appostata deli più infami et vituperosi del nostro secolo. Né Sua Maestà anco doverà comportare di haverlo più lungamente appresso, prima per l'honor di Dio, et poi per beneficio suo et del Regno, essendo instrumento pessimo et che può

<sup>721</sup> Cfr. N. 93. Breve Gregorii XIII ad regem Henricum, 22 V 1574 datum, servatur in reg. AV, Arm. 44, ms. 22 f. 177r-178v (ed. Theiner AE I, p. 277).

<sup>722</sup> Nuntius de morte Ioannis Firlej (cfr. N. 100) Vindobona Romam per cursorem alias ignotum allatus erat. Nuntius Vindobonensis Dolfin eius rei erat prorsus ignarus (vide Bues NBD III/7, p. 492).

<sup>723</sup> Lucas Kościelecki, cfr. N. 93 et 101.

<sup>724</sup> Edmundus Auger (1530-1591), in Societate Iesu ab anno 1550, concionator celeberrimus, Lutetiae Parisiorum tunc commorabatur (cfr. Fouqueray I, p. 541). De donis summi pontificis regi Henrico ab eo autumno a. 1573 porrectis vide A. 7.

<sup>725</sup> Cfr. N. 95.

<sup>726</sup> Cfr. N. 93.

causar di molti mali. Mons. di Torcello scrive che crede [148v] che l'Imperatore non sia per rimuoverlo, né mandar altro Ambasciatore costà, se prima di Polonia non gli è mandato Ambasciatore a lui<sup>727</sup>. Il che V.ra Signoria potrà, parendogli bene, insinuare al Re.

Havendo N.ro Signore vedute le proteste fatte da Mons. Arcivescovo ultimamente contra gli heretici et inteso con quanta pietà et fortezza d'animo se gli sia opposto in difesa dela Religione Catholica, ne ha sentito infinita contentezza, sì come se gli esprime col breve che sarà qui allegato, nel quale si dice ancora del'indulto di conferir li beneficii dela sua diocese vacanti ne' mesi riservati ala Sede Apostolica, che Sua Beatitudine gli ha concesso<sup>728</sup>. Il qual indulto si spedirà a parte, per esser scrittura lunga, et si manderà poi. Intanto V.ra Signoria con presentarli questo li farà piena fede dela satisfattione che N.ro Signore sente dele sue bone et sante attioni, et veramente degne del luogo che lui tiene [149r] in quel Regno et dela pronta volontà che Sua Santità ha di consolarlo et gratificarlo in tutte le cose che potrà<sup>729</sup>; aggiungendoli ancora che dela unione di quelle due Prepositure per il Collegio di Jesuiti, dimandata in nome suo da Mons. Ill.mo Commendone, Sua Beatitudine ha ordinato che si facci l'espeditiione conforme al suo desiderio. Et occorrendo di far qualche officio con la Maestà del Re per ottener il consenso del superiore del'ordine di dette Prepositure<sup>730</sup>, V.ra Signoria lo farà in nome di N.ro Signore.

Quanto al tentativo fatto di mandar V.ra Signoria fuori del Regno, sì come gli heretici fanno quel che possono per cacciarla<sup>g)</sup>, così lei ha da aiutarsi et tenersi forte. Ma io penso che in questa parte la volontà loro sia grande, la possanza et fondamento debole, non potendosi credere che il Re lasciasse avilir tanto l'autorità sua che non potesse né anco tener appresso di [149v] se gli Ambasciatori de' Principi, et il Nuntio particolarmente. Non havendo da dir altro a V.ra Signoria, mi offero *etc.*. Di Roma *etc.*

a) *Suprascriptum pro expuncto*: officii

b) *Suprascriptum*.

c) *Sequitur expunctum*: et particolarmente li Palatinati

d) *Sequitur expunctum*: scritta a Mons. Ill.mo Commendone

e-e) *Suprascriptum pro expuncto*: credo che N.S. potrà ammetterla

f-f) *Adscriptum inter lineas*.

g) *Suprascriptum pro expuncto*: spingerla

<sup>727</sup> Vide litteras nuntii Ioannis Dolfin ad Gallium 30 IV 2574 datas (Bues NBD III/7, p. 459).

<sup>728</sup> Breve hoc asservatum est in reg. AV, Arm. 44, ms. 22 f. 176r-177v. Loco dati habet annotationem "ut supra". Cum brevia hoc in supranominato registro praecedentia 3 IV data sint, propterea Theiner (AE I, p. 276) etiam hoc breve sub eodem die edidit. Attamen argumentum eius et mentio de supramemorato indulto demonstrant adnotationem "ut supra" in minuta, ex qua in registro relata erat, ad breve ad regem Henricum 22 V datum (cfr. supra) pertinuisse.

<sup>729</sup> Indultum hoc reperiri non potuit.

<sup>730</sup> Agebatur fortassis de praepositura hospitii Equitum Custodum S. Sepulchri Gnesnae cum alia nobis ignota eiusdem Ordinis coniungenda, ita ut ex eis dotari posset seminarium, quod Uchański Iesuitis concedere in animo habebat. His archiepiscopi conatibus obstitit praepositus generalis Equitum Custodum S. Sepulchri Miechoviensium, cfr. Wierzbowski U V, p. 687-688.

## N. 106.

**Vincentius Lauro****Alberto Scabellio, laico Gnesnensis archidioecesis**

Cracoviae, 24 V 1574.

*Petentem, ut post mortem uxoris presbyteratus ordinem sibi suscipere liceat, ab omnibus poenis et censuris, quas munere notarii in causis criminalibus fungens incurrere potuit, absolvit et permittit, ut - etiam propter litterarum Graecarum scientiam - huiusmodi ordinem accipere queat.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 396 f. 16v-17v.

Vincentius [*etc., ut in N. 74*], dilecto nobis in Christo Alberto Scabellio, laico Gnesnensis dioecesis, salutem in Domino sempiternam.

Solet Sedis Apostolicae clementia personarum ad eam cum humilitate recurrentium statui libenter consulere et [17r] earum indemnitatibus salubriter providere. Sane exponi nobis nuper fecisti, quod tu ex magno devotionis fervore cum clericali tum sacerdotali militiis ascribi et in iis Altissimo perpetuo famulari desideras, sed quia alias cum unica et virgine modo defuncta coniugatus, hoc constante matrimonio ac forsitan antea et post, notarii munere defungens, in causis criminalibus saepius scripsisti ac supplicii ob demerita pluribus illatis praesens fuisti, desiderium tuum in hac parte adimplere non vales absque sedis praefatae gratia. Quare nobis humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis tibi opportune providere misericorditer dignaremur.

Nos igitur ad infrascripta per dictae Sedis litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate suffulti, te apud nos de litterarum etiam Graecarum scientia, vitae ac morum honestate aliisque probitatis ac virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso volentes et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati omnem inhabilitatis et infamiae maculam sive notam, per te ob praemissa quomodolibet contractam et in te insurgentem, apostolica auctoritate nobis specialiter attributa a te auferimus et in te abolemus, necnon te in pristinum et eum, in quo ante praemissa quomodolibet eras, statum restituimus et plenarie reintegramus; necnon tecum, ut clericali caractere insigniri et ad omnes etiam Sacros et Praesbyteratus ordines promoveri alias rite, et in

ipsis ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare ac quaecunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, se invicem tamen compatentia, recipere et retinere libere et licite valeas, de specialis dono gratiae dispensamus.

Non obstantibus praemissis ac apostolicis, necnon in synodalibus et provincialibus Conciliis aeditis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus ac quarumcunque Ecclesiarum etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Cracoviae, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, octavo Kalendas Iunii, Pontificatus Ss.mi D.ni Gregorii Papae XIII anno tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis etc.  
Omnino gratis.

**N. 107.**

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 29 V 1574.

*Significat se litteras eius 10 et 24 IV datas accepisse. Nuntiat aepum (Uchański) ad festa Pentecostes in dioecesim suam se contulisse, regem vero in Niepołomice profectum esse; his diebus, communicatis consiliis cum vicario epi Cracoviensis (Martino Izdbieński) et concionatore (Iacobo Górski), indulgentiam et bullam in Coena Domini publicatum iri. Petit concedi sibi facultatem absolvendi haereticos, cum multi eorum ad fidem catholicam redire cupiant. Notum facit "clavem" ad legendas arcanas notulas sibi redditam esse. Postquam regi privilegium 15 beneficia Sedi Apostolicae reservata conferendi concessum sit, magis oportunum fore existimat, ut ad vitandos abusus eadem beneficia singillatim conferantur. Explicat rationes, cur non timeat, ne in synodo provinciali schisma exoriat, synodum vero necessariam esse putat, eo magis quod aepus, ante suspectus, nunc insolitam fidelitatem Sedi Apostolicae exhibeat. Nuntiat se regi persuasisse, ut ab imperatore (Maximiliano II) postulet, quo Duditium ex Polonia revocaret. Promittit se exinde litteras suas ad eum per nuntium Vindobonensem (Ioannem Dolfin) recta missurum esse. Certiorem eum reddit palatinum Sandomiriensem (Zborowski), nominatione Ioannis Tęczyński ad munus succamerarii non contentum, sibi exprobrasse, quod adiuvando illum discordiam inter nobiles concitare studeat. Affirmat, post nominationem Ioannis Kostka ad officium palatini Sandomieriensis et Christophori Rozdrażewski ad munus pocillatoris aulae regiae, catholicos maiorem*

*partem magistratum et dignitatum recuperaturos esse. Adiungit litteras regis ad papam scriptas, petitionem Alberti Łaski, quam commendat, et praefationem ad apographum articulorum Lutetiae iuratorum, quod a cancellario (Dembiński) divulgatur. Significat protectionem Antonii Mariae Graziani in Italiam procrastinatam esse, nam rex cum illo de nonnullis rebus colloqui velit. Nuntiat fasciculum patri Warszewicki destinatum Vilnam pervenisse, quod litterae eius et binae aliae litterae, quas adiungit, palam testantur.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 72r-75r. In f. 75v inscriptio et vestigium sigilli.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 15v-18v.

**Ed.:** Wierzbowski VL, p.47-52.

### Ill.mo et Rev.mo Monsignore etc.

Ho questa settimana in un medesimo tempo ricevute le due lettere di V.ra Signoria Ill.ma, l'una di X con li due brevi et con la nota dela Cifra<sup>731</sup>, et l'altra di XXIII d'Aprile con l'esemplari dela bolla letta in die Coenae Domini et dela indulgenza concessa da N.ro Signore per invocare l'aiuto et misericordia del Sig. Iddio in tanta afflitione dela Christianità<sup>732</sup>.

Circa li brevi, essendo l'Arcivescovo ito a celebrare queste feste in un luogo dela sua Diocesi<sup>733</sup>, gli invierò il suo con la prima occasione et nela prima udienza presenterò l'altro al Re. Il quale, havendo qui fatta la festa dela Ascensione, è andato a diporto in un luogo qui vicino chiamato Niepolemizce et, secondo la speranza che me ne diede nel suo partire, tornerà hoggi per trovarsi al Vespero et ricever domattina in publico la Santissima Eucharistia in questa sollennità.

Ho qui ragionato col Vicario del Vescovo<sup>734</sup> et col predicatore, il quale è huomo da bene et dotto<sup>735</sup>, affine che in questi tre dì sollenni nelle prediche si publichi la indulgenza per la Domenica dela Trinità et insieme (il che viene molto a proposito) la bolla in Coena Domini. Et s'è presa resolutione che egli dichiarari con fondamenti reali la forza delle indulgenze, con li casi riservati nela bolla, per edificatione del popolo. Il Vicario m'havea detto che per l'adietro era il solito far mentione delli detti casi riservati solamente il Giovedì Santo, ma è restato capace che sarà di giovamento grande al popolo ammonirlo più volte publicamente avanti il tempo dela confessione, per ha-

<sup>731</sup> Cfr. N. 87.

<sup>732</sup> Cfr. N. 95.

<sup>733</sup> Aepus Uchański ad festa Pentecostes (quae a. 1574 dominica 30 V celebrata erant) Lovicium se contulit, vide Wierzbowski JU, p. 554.

<sup>734</sup> Martinus Izdbieński, officialis et vicarius generalis episcopi Cracoviensis Francisci Krasiński.

<sup>735</sup> Iacobus Górski (ca 1525-1585), rector Academiae Cracoviensis a. 1574-1583 (octo vicibus), eximius theologus et fidei catholicae defensor. De eo hic agi ex N. 108 conicere possumus.

ver [72v] occasione di riguardarsene d'incorrer. Et il medesimo si farà eseguire negli altri luoghi del Regno dagli Arcivescovi et Vescovi.

Mi vengono spesso a trovare molte persone religiose et con istanza domandano consiglio come hanno a fare nel'absolutione degli heretici et di quelli che hanno letti libri prohibiti. Li quali sono in gran numero che sono disposti alla conversione. Io mi sono scusato non haver per ancora havute le facultà in questo, ma che n'aspettava di giorno alcuni brevi di N.ro Signore, secondo m'era stata data speranza con una lettera di Mons. Datario<sup>736</sup>. Et in tanto mi parve spediante dir a quelli che haveano l'autorità dai Nuncii passati che la usassero. Et che io la confermerei loro, quando sarà concessa a me.

Io ho compreso dale lettere di V.ra Signoria Ill.ma che ella ha havute tutte le mie che ho mandate per insino a quella delli XXVII di Marzo, eccetto una di 3 del medesimo mese, con la quale le inviai molti nomi che io hebbi nela mia Nunciatura di Scotia trasposti in questi per valermi dela medesima Cifra. Hora, havendo havuta questa nota dela Cifra<sup>737</sup>, la quale è la medesima che quella di Scotia, fuori che neli detti nomi, non m'accade che io le mandi di nuovo la traspositione deli detti nomi. Ma ho voluto inviarle il duplicato dela sodetta lettera di 3, la quale desidererei che non fosse capitata male.

Io non voglio mancare con ogni debita humiltà metter in consideratione a N.ro Signore che una delle cose principalissime che conserva l'autorità dela Sede Apostolica in queste bande è la collatione de beneficii riservati a Sua Santità, imperò quanto [73r] più si va ritenuto a concedere nominatione a'Prencipi, tanto più si mantiene la degnità di Sua Beatitudine et s'ha ancora maggior occasione di gratificar i Prencipi, concedendo loro, secondo la occorrenza, qualche beneficio che dimandano. Dicolo questo che il Re si sarebbe trattenuto con maggior legame verso di N.ro Signore, concedendoli hora il Canoncato di Cracovia, che dimandava con istanza et con anche alcuni altri beneficii che vacano alla giornata, che havergliene date XV tutti insieme<sup>738</sup>, perché di già si concedono l'espettationi di tutti ai cortegiani che li dimandano senza molta distintione, come avviene nelle corti. Et quando poi le persone sono nominate, se per incapacità sono impedita, lo ricevono per ingiuria et a ponto d'honore. Et per la conditione de' tempi bisogna comportarle, per evitare il maggior male. Io non ho veduto il breve dela nominatione se non hieri et mi sforzerò render capace il Re dela qualità dela gratia che N.ro Signore l'ha concessa, senza che Sua Maestà l'abbia dimandata.

Nel'abuso dela pluralità de' beneficii si tocca con mano tutto quello che V.ra Signoria Ill.ma s'è degnata scrivermi. Et quanto al Sinodo Provinciale,

<sup>736</sup> Matthaëus Contarelli (1519-1586), datarius pontificius ab a. 1572, postea S.R.E. cardinalis (ab a. 1583). *Litterae eius ad nuntium servatae non sunt.*

<sup>737</sup> *Litterae hae tamen Romam pervenerunt (similiter ac omnes praecedentes), solum "clavis" ad legendas notas arcanas ad dies nostros servata non est.*

<sup>738</sup> Breve Gregorii XIII eiusmodi concessionem continens non est repertum.

potendosi hormai conoscere gli humori et le qualità delli principali Ecclesiastici, non si vede pericolo alcuno di Concilio Nationale et massime con il buono et santo zelo del Re et dell'Arcivescovo. Talché crederei che di questo ne soccedesse maggior riputatione ala Santa Sede et gran bene a tutto il Regno<sup>739</sup>. Et quanto all'Arcivescovo, per conservarlo et fargli crescere la divotione verso N.ro Signore, io ho procurato [73v] et procuro in tutte le occasioni otternerli le gratie che egli dimanda da Sua Maestà, là onde si sente tanto obbligato ala Sede Apostolica che non è per far cosa, eccetto di consiglio et permissione dei ministri di N.ro Signore. Pure in questo et in ogni altra cosa mi remetterò sempre a quello che sarà giudicato il meglio da Sua Beatitudine, aggiungendo che in tempo che l'Arcivescovo era sospetto et dubio nela fede (si come egli stesso m'ha libberamente confessato), non si dovea in modo alcuno venir a tal rimedio. Ma hora che non pure è cattolico, ma fervente nela religione, si potria (come ho detto) usar libberamente et frutuosamente [sic] il sodetto Concilio Provinciale.

Et dal canto mio non veggo più opportuno rimedio per levar in parte gli abusi degli Ecclesiastici, li quali quanto a i principali mostrano desiderarlo, per la speranza che hanno di poter ricoperar le decime, occupate loro dala nobiltà. Oltre che l'istesso Arcivescovo s'è reso capacissimo che con molta laude dela pietà sua s'acquisteria merito grande appresso la Divina Maestà dopo haver coronato il Re. Avanti che passi a miglior vita, farà opera che negli Comitii futuri al tutto s'abolisca la confederatione et poi, in un Sinodo provinciale, si faccia una universal riforma in questo Clero, secondo li ss.mi decreti del Concilio Tridentino.

Circa la persona del Duditio, dela quale ne scrissi a V.ra Signoria Ill.ma con la mia di 21 d'Aprile<sup>740</sup>, io già ne ragionai col Re etiandio nela prima audienza, et dipoi ho tuttavia continuato, con haver posto in consideratione a Sua Maestà non solo la cariga dela conscientia et il dishonor di comportare qui un simile apostata, che havesse a trattare seco de' negotii publici, ma il per[74r]icolo che le ne poteva soccedere, in quanto alo stato, per le pratiche strette che costui ha con li principali heretici et ancora con molti Signori Cattolici di contraria fattione etc. Là onde Sua Maestà dovea in tutti modi procurare col'Imperatore a levarlo di questo Regno. Il Re mostrò haver sommamente caro questo ricordo et al'hora et poi mi ha sempre affermato che con la efficacia che conviene farà far l'officio con l'Ambasciatore che dovrà mandare a Sua Maestà Cesarea. N'ho poi ragionato con li principali ministri del Re, li quali tutti conoscono il danno, il pericolo et la vergogna. Et io aspettava la esecuzione per darne poi particolare aviso ala Signoria V.ra Ill.ma. Hora mi consolo con l'ordine che le piacque darmi con la prefata lettera di X d'Aprile, haver occasione di rinovare il medesimo officio con maggior autorità.

<sup>739</sup> De synodo provinciali vide N. 93 et 105.

<sup>740</sup> Cfr. N. 93.

D'ora innanzi per maggior sicurezza indrizzerò sempre le mie lettere a Mons. Delfino, Nuncio in Vienna, sì come veggio che con molta prudenza s'è preso da lei il medesimo mezzo.

Dopo che il Re, conforme ala speranza che me n'havea data, dichiarò il Conte di Tencin per succamerario overo gran Ciamberlano<sup>741</sup>, il quale, dovendo di continuo stare appresso Sua Maestà, haverà grandissima autorità, ha veramente data satisfattione universale ai cattolici et ha quasi al tutto estinto l'odio che s'era conceputo dala sentenza data in favor delli Sboroski<sup>742</sup>, donde n'è nata qualche mala satisfattione del Palatino di Sendomiria<sup>743</sup>. Il quale, et come desideroso di haver la suprema auctorità dopo il Re, s'è doluto con molti dela persona del Nuncio Apostolico, calunniandola che voglia [74v] fomentare le parti in questo Regno. Io con quelli Signori che me n'hanno avertito ho detto liberamente che per honor di Dio et per servizio del Re et del Regno io non potevo far di manco d'aiutare et promuovere li Signori Cattolici, come havea fatto il Sig. Andrea Zboroski, fratello di esso Palatino<sup>744</sup>. Il quale quando, con la gratia di Dio, si disponesse a ritornare al gremio dela Chiesa cattolica, io in tutte le occasioni gli farei il medesimo servitio che ho procurato per il sodetto suo fratello. Et mi persuado che sentirà più travaglio al'avvenire, vedendo agradire il Castellano di Danzic, Signor Cattolico et di casa Coska, il quale ha già sposata la Voiniska, moglie del già Conte di Tarnovia et dela casa de' Duchi di Massovia, Signora cattolica, virtuosa et richissima, et sarà anche Palatino di Sendomiria, per quanto m'ha affermato il Re molti di sono<sup>745</sup>.

La Maestà Sua per gratia del Sig. Iddio, ha appresso di se tutti li principali ufficiali cattolici e tutti li Marescialli, il Succamerario et i ministri dela Camera. Et presto darà l'offitio del Trinciante al Conte Cristofano Rozrazewski, fratello del primo Segretario, Signor cattolico et molto grato a Sua Maestà<sup>746</sup>, la quale in somma non mostra dimestichezza con alcuno heretico se non sforzata. Et già tutti incominciano accorgersene. Con questa sarà una lettera di pugno del Re a N.ro Signore<sup>747</sup>.

<sup>741</sup> Nominatio Ioannis Tęczyński 4 V 1574 facta erat, cfr. N. 100.

<sup>742</sup> Agitur de mitiore, quam exspectabatur, sententia in Samuelem Zborowski lata, cfr. N. 83.

<sup>743</sup> Petrus Zborowski.

<sup>744</sup> Andreas Zborowski marescalcus curiae regiae nominatus est propterea etiam, quod in hoc a Lauro adiutus erat, cfr. N. 100.

<sup>745</sup> Sermo est de Ioanne Kostka, qui secundam uxorem duxit Sophiam Odrowąż, castellani Wojniczensis Ioannis Christophori Tarnowski viduam, filiam Annae ducis Masoviae. Nominatio ipsius Kostka ad munus palatini Sandomiriensis 2 IV facta erat (cfr. H. Kowalska, *Kostka Jan*, PSB XIV, p. 346), sed tum nondum publicata esse videtur.

<sup>746</sup> Christophorus Rozdrażewski (ca 1547-1580), frater Hieronymi. Kowalska asserit eum munus pocillatoris curiae promissum habuisse a die 19 IV 1574 (vide PSB XXXII, p. 377), at iuxta catalogum officialium aulae regiae magistratum hunc die 29 III Christophorus Zborowski assecutus est (cfr. Chłapowski-Zielińska UCNP, p. 103). Sub voce "trinciante" intelligendus potius esse videtur "incisor" (Polonice "krajczyk"), sed et hoc munus ab a. 1572 iam a Georgio Mniszech occupatum erat (ibidem, p. 64).

<sup>747</sup> Litterae hae datum habent 9 V 1574. Continent gratiarum actionem pro privilegio beneficia Sedi Apostolicae reservata conferendi (vide supra). Asservatae sunt, praesentibus litteris nuntii adiunctae, et servantur in AV, Nunz.Pol. 7f. 76r (inscriptio in f. 77v).

Mando a V.ra Signoria Ill.ma l'accluso memoriale sopra il negotio raccomandatomi dal Sig. Palatino Laski, del quale negotio Mons. Ill.mo Commendone (per quanto m'ha detto il Palatino stesso) ne dovrà ragionare a Nostro Signore<sup>748</sup>. Io mi rendo certo che Sua Santità resterà servita dare questa satisfazione ad un Signore tanto cattolico et devoto dela Santa Sede.

[75r] Con questa sarà l'allegata copia dela prefatione aggiunta neli articoli giurati in Parigi. La qual prefatione è fatta autenticamente per obviare a qualche sinistra interpretatione che gli heretici potessero far in favor dela lor causa, per la concessione che il Re li fece il dì dela solutione deli Comitii, permettendo loro l'estratto autentico delli sodetti articoli, et massime che il Cancelliero l'havea già dati molti di questi estratti col suggello del Regno<sup>749</sup>.

Il Sig. Gratiani era in procinto per partirsi, ma essendo ritardato per ordine del Re, il quale avanti il suo partire voleva ragionare seco d'alcune cose di qua, hebbe un risentimento di due termini di terzana et hora è già libbero a fatto, et subito che haverà fatto l'officio con Sua Maestà, si metterà in viaggio.

Il piego per il Padre Varsovicio arrivò a tempo a Vilna, sì come ella potrà veder dala risposta che mi fa, con la quale saranno allegate due lettere indirizzate a lei<sup>750</sup>. Et con questo bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma etc. Di Cracovia, a 29 di Maggio 1574.

(a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor  
il Vescovo del Mondevì<sup>a)</sup>)

a-a) *Autographum.*

## N. 108.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 31 V 1574.

*Nuntiat regem Cracoviae manere statuisse, ut indulgentias a summo pontifice concessas assequeretur; rectorem academiae (Iacobum Górski) his diebus munere suo easdem indulgentias et bullam in Coena Domini publicandi opti-*

<sup>748</sup> Vide litteras Łaski ad cardinalem Commendone, Cracovia 19 V 1574 datas, quibus petebat, ut "relaxetur compositio", inter eius medicum et auditorem aepi Uchański (Ioannem Sikorski) facta, de cessione canonicatus Gnesnensis pro pensione 66 ducatorum (or. AV, Nunz. Pol. 1A f. 193r).

<sup>749</sup> Praefatio haec ad dies nostros non est servata. De hoc exemplari Articulorum Henricianorum, a cancellario Walentino Dembiński publicato, vide N. 94.

<sup>750</sup> Omnes tres supranominatae epistulae perierunt.

*me functum esse; marchionem Brandenburgensem in Ansbach (Georgium Fridericum) Cracoviam venisse hereditariae successionis suae in Ducatu Prussiae, vivente adhuc praesenti duce (Alberto Friderico), dementia laborante, confirmandae causa; breve de indulgentia et bullam in Coena Domini aepis Gnesnensi et Leopoliensi se esse missurum, ut ea in suis provinciis ecclesiasticis etiam publicari faciant.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 18v-19r.

Al Sig. Card. di Como, al'ultimo di Maggio 1574, di Cracovia

Io non ho mancato, nel ritorno qui del Re<sup>751</sup>, avvertirlo dela Indulgenza et della bolla in Coena Domini<sup>752</sup>, et mi sono sforzato in buona occasione renderlo capace del'una et l'altra. Sua Maestà, come che havesse in animo di ritornarsene subito dopo queste feste a Niepolomice, luogo che le piace assai, non dimeno per conseguire il frutto della Indulgenza s'è lasciata persuadere di restar qui, digiunare questa settimana il mercor, il venerdì et il sabato, et la domenica dela Trinità ricever il Santissimo Sacramento, con deliberatione d'andare al sodetto luogo il giorno seguente dopo la festa del Corpus Domini<sup>753</sup>; si è trovata al Vespro la vigilia, et hieri nella messa solenne si comunicò con molta devotione.

Il Rettor di questa Academia<sup>754</sup>, persona dotta et di buona vita et valente Predicatore in questa lengua, ha diligentemente eseguito tutto quello che gli era stato commesso, imperò che la medesima mattina della Pentecoste in presenza del Re pubblicò la Santa Indulgenza. Et questa mattina pure il Re presente con la occasione che nella Indulgenza si prometteva il perduono deli casi riservati (paucis exceptis) nella bolla in Coena Domini, pubblicò la medesima bolla molto efficacemente, havendo nella prima predicatione (per quanto ho potuto comprender dal'authorità adotte in latino) dichiarati esattamente li fondamenti delle indulgenze et del tesoro dela Chiesa. Et nella seconda ragionato piamente et dottamente del'autorità del Sommo Pontefice, con molta edificatione dei Signori Cattolici et forse non senza profitto d'alcuni Signori heretici, che si trovavano presenti.

Io veramente mi persuadeva che s'havesse a trovare uno dei Marchesi di Brandebourg, detto il Marchese di Hansbach, il quale pretendendo esser herede del Ducato di Prussia, [19r] secondo la transattione del Re Sigismondo primo, è venuto qui la vigilia dela Pentecoste per confermare la detta pre-

<sup>751</sup> Scilicet in reditu regis ex Niepolomice, vide N. 107.

<sup>752</sup> Vide ibidem.

<sup>753</sup> Festum Corporis Christi a. 1574 celebrabatur die 10 VI.

<sup>754</sup> Iacobus Górski, cfr. N. 107.

tensione<sup>755</sup>, et anco per ottener il governo di quel Ducato etiandio vivente il Duca presente per la indispositione del cervello, nella quale dicono che esso Duca è incorso d'alcuni anni in qua<sup>756</sup>. Ma la sua udienda s'è differita hoggi dopo mangiar, et ha fatto istanza, come dice esser solito far col'Imperatore, voler domattina accompagnar il Re in Chiesa. Et haveria desiderato far questo compimento la mattina dela Pentecoste, ma il Re s'è scusato per la comunione che dovea fare<sup>757</sup>.

Hora che la indulgenza et la bolla in Coena Domini è qua publicata in questa Città principale del Regno, manderò l'una et l'altra a gli Arcivescovi di Gnesna et di Leopoli<sup>758</sup>, affin che le faccino publicare nelle proprie Diocesi e nelli Vescovati soggetti a loro. Et con questo bacio etc.

#### N. 109.

**Vincentius Lauro**  
**Paulo Borek, vicedecano ecclesiae**  
**collegiatae Kielcensis**

Cracoviae, 3 VI 1574.

*Ab irregularitate eum absolvit, in quam incurrit, cum e manibus epi Laodicensis Martini (Białobrzieski, suffraganei Cracoviensis) uno eodemque die omnes minores et subdiaconatus ordines susceperit, et permittit, ut et ad reliquos ordines sacros promoveri possit (textus - mutatis mutandis - ut in N. 89).*

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 17v-18v.

<sup>755</sup> Tractatus Cracoviensis, a. 1525 inter regem Sigismundum I et Albertum Hohenzollern conclusus, in puncto 10 successionem feudi Prussiae non nisi Alberto eiusque filiis et posteris masculis, necnon eius fratribus eorumque posteris ex linea marchionum Brandenburgensium in Ansbach descendentibus, cavebat. Si talis linea exstingeretur, feudum sub directum dominium regum Poloniae transire deberet (in puncto 11), cfr. textum originale apud O. Balcer, *Corpus iuris Polonici*, T. IV/1, Cracoviae 1910, p. 149-151. Georgius Fridericus Hohenzollern (1539-1603), marchio Brandenburgensis-Ansbacensis ab a. 1534, erat filius Georgii, fratris ducis Alberti.

<sup>756</sup> Albertus Fridericus Hohenzollern (1553-1618), filius Alberti I, dux in Prussia ab a. 1568, inde a pueritia dementiae signa ostendebat.

<sup>757</sup> De hac legatione ita scribit Orzelski: "Georgius Fridericus Brandenburgensis seu Anspachi Princeps splendida legatione venerat, sese regis clientelae fideique commendans atque Prussiae regimen, Principe iuvene, eius filiastrum, mente capto, postulans, summa reverentia fidei Poloniae sese submittens. Sed nec is debito consuetoque honore exceptus tractatusque fuerat" (Orzelski, p. 228).

<sup>758</sup> Iacobus Uchański et Stanislaus Słomowski.

## N. 110.

**Vincentius Lauro  
Martino Izdbieński, officiali Cracoviensi**

Cracoviae, 3 VI 1574.

*Mandat ei, ut a censuris, si quas incurrerit, absolvat Stanislaum Iacobi a Czeladź eique maiores ordines sacros suscipere et beneficia ecclesiastica obtinere permittat, qui - non obstante defectu oculi, quo laborat - ab epo Vratislaviensi vel eius delegato ordines minores suscepit, nunc vero ab hac irregularitate absolvi petit, ut - considerata defectus exiguitate - ad reliquos ordines sacros promoveri queat.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 396 f. 19v-20r.

Vincentius [etc., ut in N. 74], dilecto nobis in Christo officiali Cracoviensi, salutem in Domino sempiternam. Sedes Apostolica, pia mater etc. [ut in N. 89].

Sane dilectus nobis in Christo Stanislaus Iacobi Cheladz, clericus Cracoviensis dioecesis, nobis nuper exposuit, quod alias ipse, qui oculo sinistro luscus aliquem eiusdem oculi visus defectum patitur, militiae clericali adscribi desiderans, eodem defectu forsitan non satis explicato, aut per Rev.dum in Christo Patrem Episcopum Vratislaviensem<sup>759</sup>, seu pro eo pontificalia officia in Civitate et Dioecesi Vratislaviensi exercentem non inspecto, atque litteris dimissorialibus [ab] ordinario suo non obtentis, per eundem Epum Vratislaviensem seu deputatum sese clericali characterе insigniri et ad quatuor minores ordines promoveri uno et eodem die, alias tamen rite fecit. Cum autem (sicut eadem expositio subiungebat) ad ipsius Stanislai notitiam postmodum devenerit se per characteris et ordinum susceptionem huiusmodi irregularitatem et alias ecclesiasticas sententias, censuras et poenas, contra sic promotos a iure inflictas, incurrisse ac propterea desuper ab intimis plurimum doluerit et doleat ad praesens ac a similibus imposterum abstinere proponat, necnon a praemissis absolvi (cumque ex dicto defectu adeo parva deformitas oriatur, ut nullum in populo scandalum generare noscatur), ad sacros ordines promoveri ac deinceps Altissimo famulari summopere exoptet, nobis humiliter supplicavit, ut de absolutionis beneficio et dispensationis gratia ac alias in praemissis sibi providere misericorditer dignaremur.

Nos igitur ad infrascripta per dictae Sedis litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate suffulti, attendentes Ecclesiam ca-

<sup>759</sup> Balthasar de Promnice (1488-1562), epus Vratislaviensis ab a. 1540, vel Casparus de Łagow († 1574), epus Vratislaviensis ab a. 1562.

tholicam, piam matrem, misericordiae gremium nemini unquam claudere, ac volentes ipsum Stanislaum, alias apud nos de vitae ac morum honestate aliisque probitatis ac virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu specialibus favoribus et gratiis prosequi, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis et poenis, [20r] a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit (dummodo in eis per annum non insorduerit), ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae Apostolica autoritate nobis in hac parte specialiter attributa mandamus, ut ipsa autoritate eundem Stanislaum (si id a te humiliter petierit ac eo ab excommunicatione dictorum per eum sic susceptorum ordinum ad tempus tibi benevisum suspenso iniunctaque illi pro modo cul-pae poenitentia salutaris) ab excessu huiusmodi, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris ac poenis, quas propter praemissa, ac ex quo forsitan dictis censuris sic ligatus divinis se (non tamen in contemptum clavium) immiscuit, aut illis participavit, quomodolibet incurrit, in utroque foro absolvas omnemque inhabilitatis et infamiae maculam, per illum ob praemissa quomodolibet contractam, ab illo penitus aboleas, necnon ipsum in eundem, in quo ante praemissa quomodolibet erat statum plenarie reintegres.

Necnon (si, inspecto per te ipsum dicto oculo, in eo adeo parvam deformitatem repereris, ut nullum inde scandalum in populo generari noscatur, eique iniuncto, ut sacrum Missae canonem in tabula descriptum habeat et de ea, in medio Altaris constituta, quoties celebrabit legere omnino teneatur) cum illo, ut ad omnes sacros etiam Praesbiteratus ordines rite promoveri et in illis sic promotus etiam in altaris ministerio ministrare ac quicumque et qualiacumque, quorum fructus, redditus, proventus quinquaginta ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annum non excedant) beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et praebendae, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitanis vel collegiatis Ecclesiis, aut parochiales Ecclesiae seu earum perpetuae vicariae fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut si is eligatur, praesentetur vel alias assumatur ad ea et instituat in eis, reciperet et retinere libere et licite valeat, de specialis dono gratiae dispenses.

Non obstante defectu et aliis praemissis *etc.* [ut in N. 74]. Datum Cracoviae, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Tertio Nonas Iunii, Pontificatus Ss.mi Domini Nostri Gregorii Papae XIII anno tertio.

Vincentius, Episcopus Montisregalis *etc.*  
Omnino gratis.

## N. 111.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 5 VI 1574.

*Propter nominationem palatini Sandomiriensis (Petri Zborowski) ad munus palatini et capitanei Cracoviensis dolet et mandat nuntio, ut in similibus rerum adiunctis prompte ac fortiter agat, nec timeat regis etiam indignationem aliquando incurrere. Ceteras autem enumeratas nominationes regias probat et intercessionem eius pro infante (Anna) factam laudat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 444r-445v. In f. 445v inscriptio, vestigium sigilli, summarium et adnotatio: "Di 5 di Giugno, havuta in Cracovia 12 di Luglio".

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 152r-153r.

Molto Rev.do Monsignore etc.

La resolutione presa da cotesto Re di dar il Palatinato di Cracovia et di Capitaneato insieme al Palatino di Sandomiria<sup>760</sup>, secondo V.ra Signoria avvisa nela sua lettera deli 8 del passato<sup>761</sup>, ha dato scontentezza grande a N.ro Signore, vedendo un principio tanto contrario al servizio di Dio, a l'obbligo di Sua Maestà et a la salute publica di quel Regno et ancora a la promessa fatta a V.ra Signoria et scritta a Sua Santità. Et veramente il non essersi servito il Re, come dovea, di questa occasione, con la quale poteva più che con qualsivoglia altra mettere in sicuro la Religion Catholica et l'autorità sua regia, non può se non dispiacere a Dio prima che glie l'haveva mandata, et poi a tutti li buoni del Regno et fuori.

Et se bene son certo che V.ra Signoria non ha mancato di ricordare a Sua Maestà quel che conveniva per rimuoverla da questa deliberatione, non posso con tutto ciò mancar di dirle [444v] in questo proposito che Sua Santità in casi simili haverà molto per bene che proceda con pieno ardore et libertà, et anco con importunità, non temendo d'incorrere qualche offesa del Principe col quale si tratta, poichè nessuna medicina, come V.ra Signoria sa, è più salutifera che quella che dà dolore, et che la causa di Dio si ha da preponere a tutti li rispetti et interessi humani. Ma non si essendo potuto rimuovere Sua Maestà da la detta deliberatione, sarà pur manco male, quando siano osservate le tre conditioni ricordate da V.ra Signoria. Di che però è da dubitare assai, come anco non è da sperare che il Palatino possa esser contenuto in

<sup>760</sup> Petrus Zborowski.

<sup>761</sup> Cfr. N. 100.

officio dal Sig. Andrea, suo fratello, ma più presto da temer il contrario, essendo il Palatino più vecchio et di maggior autorità del fratello.

De li altri officii dati a Catholici Sua Santità ha sentito piacere. Il quale [445r] sarebbe molto maggiore se quello che importava più di tutti non fusse caduto così male.

L'officio fatto da V.ra Signoria con Sua Maestà per la Signora Infante<sup>762</sup> è piaciuto a Sua Beatitudine et se occorrerà di rinnovarlo lo potrà far sempre, che N.ro Signore l'haverà per bene. Con che finisco, pregando il Sig. Dio che le doni prosperità. Di Roma, li V di Giugno 1574.

Di V.ra Signoria Rev.ma

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
il Cardinale di Como<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 112.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 11 VI 1574.

*Edocet eum de litteris recens datis et acceptis; de processione in festo Corporis Christi Cracoviae celebrata, cui etiam rex interfuit; de confusione quadam in sollemnibus vesperis in ecclesia cathedrali exorta ob controversiam de priore loco inter oratorem Florentinum Troilum Orsini et legatum Ferrariensem (Bottone); de litteris regiis ad landgravium Hassiae (Gulielmum IV) pro Iesuitis Fuldensibus datis, quas ipse ad rectorem collegii SJ (Szántó) Vindobonam misit; de discessu Cracovia omnium episcoporum praeter Chelmensem (Starożrebski) et Vladislaviensem (Karnkowski), qui revertit, ut regi consilio adesset, et supra memoratis sacris praefuit; de discessu marchionis Brandenburgensis (Georgii Friderici). Mittit relationem Ioannis Leśniowski de bello Moldavico Valachico. Nuntiat de profectione in Italiam Antonii Mariae Graziani.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 79r-81r. In f. 82v inscriptio et vestigium sigilli.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 19r-21r.

**Ed.:** Wierzbowski VL, p.52-53.

---

<sup>762</sup> Anna Jagellonica.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

Dale lettere di V.ra Signoria Ill.ma, l'ultima dele quali fu di 24 d'Aprile<sup>763</sup>, ho compreso che ella ha ricevute tutte le mie per insino ala data di 27 di Marzo, eccetto una di 3 di Marzo, dela quale ultimamente le ne mandai il duplicato<sup>764</sup>. Io le ho poi scritto a 20, 21, 22 d'Aprile, 8, 17 et 31 di Maggio<sup>765</sup>, parte per via di Mons. Nuncio in Vienna<sup>766</sup> et parte per Mons. Pierantonio Bandini<sup>767</sup>. Et aspetto con desiderio intendere che elle habbiano havuto buon ricapito.

Hora non lascierò di dire ala V.ra Signoria Ill.ma che ieri qui con molta sollemnità et gran concorso si celebrò la processione del Corpus Domini, accompagnata con gran devotione dal Re, il quale era in mezzo del Nuntio et del'Ambasciatore di Francia, et dietro a Sua Maestà v'era la Signora Infante<sup>768</sup> sostenuta dagli Ambasciatori di Vinetia et di Ferrara<sup>769</sup>. Et Sua Maestà s'è trovata nel primo et nel secondo Vespro, dove secondo il costume di questa Chiesa avanti il Vespro si porta in processione il Santissimo Sacramento di dentro la Chiesa. Et simili atti in publico dala Maestà Sua veramente apportano edificatione grande a tutto il Popolo.

Nel primo Vespro occorse un poco di scompiglio, perché il Sig. Troilo Orsino, mandato qui dal Gran Duca di Toscana<sup>770</sup> per condoglienza dela morte del Padre et con assai larghi et cortesi offerte al Re, dopo esser stato alcuni giorni qui sempre ben visto et accarezzato da Sua Maestà, et per rispetto del suo Principe et per l'antica servitù, che ha la casa di Francia, quel dì venne a trovarmi nel mio alloggiamento con dire che desiderava venir in mia compagnia al Vespro. Et perciò che di continuo et il dì medesimo m'havea detto che non era Ambasciatore, io pensai che egli volesse trovarsi in Chiesa [79v] appresso il Re come servitore et amico domestico di sua Maestà. Arrivammo avanti gli altri Ambasciatori in Chiesa, dove il Re era venuto poco prima et sostenuto, secondo l'usanza, sotto il braccio dal nuovo Palatino di Sendomiria<sup>771</sup>, accompagnava la processione del Santissimo Sacramento et dietro a lui ne veniva la Signora Infante. Io, dopo havermi inginocchiato al Santissimo Sacramento et fatta riverenza a l'uno et al'altra, mi posi ala

<sup>763</sup> Cfr. N. 95.

<sup>764</sup> Vide N. 107, ubi enumerantur etiam epistulae ante missae.

<sup>765</sup> Cfr. N. 91-94, 100-101, 107.

<sup>766</sup> Ioannes Dolfin.

<sup>767</sup> Romanus Vincentii Lauro negotiorum curator (cfr. N. 4), qui etiam negotia nuntii Dolfin in Urbe curabat (cfr. Bues NBD III/7, p. 342).

<sup>768</sup> Anna Jagellonica.

<sup>769</sup> Hieronymus Lippomano et Thaddaeus Bottone.

<sup>770</sup> Troilus Orsini († 1577), orator publicus in ministeriis magnorum ducum Etruriae ab a. 1567. Cracoviam advenit 30 V 1574, orator Francisci I de Medicis (1541-1587), magni ducis Etruriae a 21 IV 1574. Ad Henricum iam a. 1573 legatum egit gratulandi causa (cfr. N. 28). De eius legatione in Polonia vide A. Morandini, *Una missione di Troilo Orsini in Polonia per il Granduca di Toscana (maggio-luglio 1574)*, "Archivio Storico Italiano", 123 (1965), p. 94-112.

<sup>771</sup> Ioannes Kostka.

man diritta del Re et il Sig. Troilo venne a dietro senza torre il luogo al Sandomiria. Finita la processione, s'incominciò il Vespro et il Re si pose in ginocchione al suo luogo, ciò è nel primo stallo dell'Epistola, più vicino all'altar, et io nel primo stallo dell'Evangelio di rimpetto a quello del Re, et il Sig. Troilo nei medesimi stalli d'Ambasciatori, tre ordini sotto il mio. Lo chiamai appresso et gli dimandai se deliberava star come Ambasciatore. Mi disse di sì. Gli replicai solamente che temevo che ne nasceria disturbo et che quando si fosse saputa prima questa deliberatione, si saria forse preso qualche temperamento, senza romore alcuno. Mi rispose che la maggior parte di questi Signori, tenendolo come Ambasciatore, potevano entrare in sospetto che egli non comparisse in questi atti pubblici, per non haver il luogo che conviene; per il che era risoluto starsi appresso l'Ambasciatore di Vinetia. In tal ragionamento arrivarono in compagnia gli Ambasciatori di Vinetia et di Ferrara. Vinetia, perciò che non v'era né Francia né Suetia<sup>772</sup>, si pose appresso il Nuncio et appresso a lui il Sig. Troilo. Ferrara gionto alo stallo, toccando il braccio al Sig. Troilo, gli disse con modestia che gli desse il suo luogo. Et [80r] gli fu modestamente risposto dal Sig. Troilo che quel luogo toccava a lui. Ferrara andò a trovare il Re et dolersi del'atto. Forono chiamati alcuni Signori per consultar, tra i quali v'era il Vicecancelliere<sup>773</sup>. Il quale, in nome del Re, venne a dirmi con molta circonspezzione che il Re era consigliato da quelli Signori per evitare il tumulto, che tutti gli Ambasciatori uscissero di Chiesa. Gli risposi che io vorrei sempre ubbidire la Maestà Sua, ma che tal'atto apporterà poca riputatione al Re et ali Signori Consiglieri, perché in simili disordini non è mai solito far affronto a gli Ambasciatori degli altri Prencipi, et massime al Nuntio che rapresenta la persona del Vicario di Christo et del capo dela Christianità. Si partì con rossore a riferire la risposta al Re. Il quale, havendola approvata et con cenni et con parole, per quanto mi è stato detto, fu consigliato di lasciar il Vespro et tornarsene ale sue stanze. Et essendo già calato dalo stallo per avviarsi, io non mancai d'andarlo a trovare et con far sembante di volerlo accompagnare, lo persuasi che simili attioni si scriveriano per tutto il Christianesimo, et che Sua Maestà si degnasse, per conservatione del suo buon nome, assistere al Vespro et a Compieta, secondo il suo solito, nela vigilia d'una festa tanto solenne et propria a i Cattolici et al' incontra odiosa a gli Heretici.

La Maestà Sua tornò a sedere dimandando il rimedio che si potria prendere. Et dopo molte deliberationi fu dimandato il Sig. Troilo se nelle lettere era chiamato Ambasciatore del suo Prencipe. Et rispondendo di no, fu esortato che non havendo nome d'Ambasciatore si contentasse non dar impedimento a questa solennità. Et che al'[80v]Ambasciatore, quando venisse Sua Maestà, non mancheria col consiglio del Senato dar il luogo che gli appartiene. Et così il Sig. Troilo si partì di Chiesa et gli Ambasciatori tornoro-

<sup>772</sup>Id est oratores: Galliae - Pomponius de Bellièvre, et Suetiae - Andreas Lorichs.

<sup>773</sup>Petrus Dunin Wolski.

no a sedere ne i luoghi ordinarii in tempo quasi che il Vespro era al fine del cantico Magnificat. Al Sig. Troilo pare d'haver sodisfatto al servitio del suo Prencipe col haversi dichiarato (come apparisce per la stessa lettera che il Gran Duca scrive al Re, nela quale lo chiama Troilo Orsino, mio gentilhuomo)<sup>774</sup> di non esser Ambasciatore et di non haver preparati gli animi di questi Signori per il luogo al'Ambasciatore, che per avventura havesse a far residenza qui. Non ho potuto mancare per degni rispetti scriver particolarmente tutto ciò a la Signoria V.ra Ill.ma<sup>775</sup>.

Il Re ha scritto di suo pugno al Lantgravio in raccomandatione del'Abbate di Fulda et dei padri Giesuiti in quel luogo<sup>776</sup>. Et io ho inviata la lettera, accompagnata con una mia, al Padre Rettore del Colleggio di Vienna per mezzo di Mons. di Torcello<sup>777</sup>.

Tutti gli Vescovi s'erano partiti di qua fuori che Chelma<sup>778</sup>, il quale è destinato per accompagnar la Signora Infante. Et perciò che appresso il Re non era rimasto Senatore alcuno Ecclesiastico di auctorità, si giudicò a proposito che il Re fosse persuaso a chiamar il Vescovo di Cuiavia<sup>779</sup>. Il quale arrivò qui in tempo che la Domenica dela Trinità celebrò la messa grande et comunicò la Maestà Sua. Et hieri, dopo haver cantata la Messa solenne, portò il Santissimo Sacramento et usò [81r] anche tutte le cerimonie deli Vespri. A me parve a proposito in questi principii, per non dar mala satisfatione et anche per non esser esercitato in questi canti diversi da i nostri, lasciar questi santi esercitii al sodetto Mons. di Cuiavia.

Quel Marchese di Brandenbourg<sup>780</sup> se n'è partito sodisfatto dela buona volontà del Re, ma quanto a quello che dimandava, è stato rimesso la risposta ai futuri Comitii prossimi, li quali per ancora non sono intimati.

Mando ala Signoria V.ra Ill.ma l'allegati avisi scritti dal Sig. Lidnoski, cognato del Sig. Cotquevisci<sup>781</sup>, del successo dela guerra tra il Moldavo et il Valacco<sup>782</sup>.

<sup>774</sup> Litterae magni ducis ad regem Henricum non sunt repertae.

<sup>775</sup> Cfr. accuratiores relationes de hac re in litteris eiusdem Orsini ad magnum ducem Franciscum, Cracovia 10 VI 1574 datis (ed. Morandini, p. 102-109) et in narratione Lucii Sacello, secretarii oratoris Veneti Hieronymi Lippomano (vide "Viaggio et successo della legatione del' Ill.mo Sig. Gerolamo Lippomano al Ser.mo Re di Polonia, scritto per me Lucio Sacello" (apographum Cracoviae, BCz, ms. 2133, p. 248-254).

<sup>776</sup> Supra sermo erat de litteris ad landgravios datis (cfr. N. 100), ergo ad omnes 4 filios landgravii Philippi, qui ante mortem suam a. 1569 Hassiam inter eos divisit. Litterae ad unum solummodo ex illis datae, procul dubio inscriptae erant eorum natu maximo, Gulielmo IV Sapienti (1532-1592), landgravio in Casselia (Kassel), cui terra liberae abbatiae Fuldensis tunc finitimae erant.

<sup>777</sup> Munere rectoris collegii SJ Vindobonensis tunc fungebatur Hungarus Stephanus Szántó (Arator, ca. 1540-1612), in Societate ab a. 1561. Litterae Vincentii Lauro ad eum datae, per nuntium Vindobonensem Ioannem Dolfin ei traditae, perierunt.

<sup>778</sup> Adalbertus Starożrebski.

<sup>779</sup> Stanislaus Karnkowski.

<sup>780</sup> Georgius Fridericus Hohenzollern, cfr. N. 108.

<sup>781</sup> Ioannes Leśniowski, affinis Ioannis Chodkiewicz.

<sup>782</sup> Sermo est de pugna ad Jiliste, 14 IV 1574 commissa, in qua Ioannes III (Ivonia, dictus Crudelis vel Armenus, † 1574), palatinus Moldaviae a. 1572-1574, invadentes copias Alexandri II Mircea, pa-

Il Sig. Gratiano partì martedì prossimo in buona dispositione. Et perciò ché ha la complessione molto delicata et era anco indebolito dela indispositione passata et dale fatighe, io l'ho accommodato dela mia lettica, con la quale farà, come spero, il viaggio commodamente et prosperamente. Bacio riverentemente *etc.* Di Cracovia, ali XI di Giugno 1574.

<sup>(a)</sup>Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor  
il Vescovo del Mondevi<sup>(a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

### N. 113.

**Vincentius Lauro**  
**Martino Izdbieński, ufficiali Cracoviensi**

Cracoviae, 14 VI 1574.

*Mandat ei, ut a poenis ecclesiasticis absolvat Iobum de Wislica, clericum Cracoviensis dioecesis, qui - de presbitero et soluta genitus et ab hoc defectu natalium ordinaria auctoritate dispensatus - ad ordines minores rite fuit promotus, nunc vero ad sacros ordines et presbyteratum promoveri desiderat. Hanc permissionem consequi, si paternae non sit incontinentiae imitator, et beneficia ecclesiastica recipere poterit, dummodo... in ecclesiis, in quibus dictus presbiter [22r] genitor beneficium aliquod ecclesiasticum, quodcumque, etiam dissimile, habuit aut habet vel habiturus, seu ministravit, ministrat aut ministraturus est, non sint, neque per reciprocas resignationes eiusdem genitoris cum alio quocunque alium similem filium habente faciendas, ad hoc ut alter alterius beneficium consequatur, proveniant. (Textus et subscriptiones ut in N. 89).*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 396 f. 18v-19r et (per errorem) iterum f. 21r-22r.

---

latini Valachiae a.1568-1577, feudatarii Turcarum, profligavit, cfr. V. Atanasiu, *Batalia de la Jiliste (1574)*, Bucuresti 1974. Iisdem fere verbis ac Lauro de hac pugna referebat nuntius Vindobonensis, Ioannes Dolfin, iam 21 V 1574, cfr. Bues NBD III/7, p. 480.

## N. 114.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 17 VI 1574.

*Refert de nuntio mortis regis Galliae (Caroli IX) 14 VI Cracoviam allato et de regis (Henrici) cum senatoribus Cracoviae praesentibus congressu, in quo - facta prius coram doloris declaratione - decretum est sessionem senatus ad comitia Varsaviae indicenda convocare; statutum est etiam, ne in litteris consolatoriis titulus regis Galliae usurparetur, qui adhibebitur tamen in litteris plenipotentiae, quas rex tamquam regens ad reginam matrem (Catharinam) una cum epistula consolatoria missurus est. Narrat de duobus colloquiis suis cum rege habitis: in altero eorum, publico, se dolorem suum ob mortem fratris regi declarasse et successionem regni Galliae gratulatum esse; in altero, privato, visionem ei ostendisse potentis imperii in oriente, quod sub eius sceptro per coniunctionem regnorum Galliae et Poloniae oriri possit, aucta praeterea potentia militari civitatis Gedanensis, sublata navigatione Narvica Moscoviae, libera coniunctione maritima utriusque regni per freta Danica, foedere cum rege Daniae facto roborata. Nuntiat se ad haec assequenda, regi suasisse, ut interea profectionem in Galliam differret et muneribus, pecunia, dignitatibus et officiis benevolentiam et favorem nobilitatis sibi compararet, comitia indiceret, iudiciis Petricoviae celebrandis interesset et praeesset. Adiungit exemplar litterarum regis ad palatinos, relationem de comitiis coronationis continentium.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 83r-85v. In f. 86v inscriptio et vestigium sigilli.

**- Ed.:** Theiner AE I, p. 420-422 et Wierzbowski VL, p.55-58.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 21r-23r.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore etc.

La nuova dela morte del Re Christianissimo fu portata qui ali XIII la mattina da un corriero spedito per ordine del'Imperatore et sei hore dipoi da un gentilhuomo mandato dala Reina madre, il quale è venuto in XIII giorni<sup>783</sup>. Et ha del verisimile che l'Imperatore, havendola intesa dalo stesso gentilhuomo, habbia voluto esser il primo a darne aviso al Re. Il quale la mattina seguente, vestito di duolo di panno pavonazzo al modo di Francia, comparve in Senato, dove l'aspettavano tutti i Signori Senatori che si trovano qui. Riferi loro il tutto, si condolse dela morte del fratello et si offerse

<sup>783</sup> Carolus IX mortuus est 30 V 1574. Famam eius rei regi Henrico tradidit orator imperatoris Cracoviae Andreas Dudycz (cfr. Orzelski, p. 238, nota, 9) et paucis horis post Méry de Barbezières, dominus de La Roche de Chemerault, missus a Catharina Medicea, vide Serwański, p. 197.

Si pratica gagliardamente per Hernesto col matrimonio del'Infante<sup>850</sup>, a cui già mostra adherire il Laski. Il quale, forse per verecundia, non mi ha mai communicate le promesse fatteli in nome del Re, si è ben valuto dell'opera mia per esser aiutato da Sua Maestà in [94r] ottener la Moldavia dal Turco. Sopra di che si sono scritte lettere favoritissime et data commessione al'Abate di Lisle, che di qua era ito Ambasciatore in nome del Re di Francia in Constantinopoli, per fare ogni sorte d'ufficio<sup>851</sup>. Talché, se bene egli si mostre contento del Re, resta nondimeno soddisfatto a pieno dei Ministri di N.ro Signore. Mando ala Signoria V.ra Ill.ma l'allegate copie di lettere, scritte dal Senato al Re et all'Imperatore<sup>852</sup>. Et con questo bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria etc. Di Cracovia al'ultimo di Giugno 1574<sup>a</sup>).

<sup>a</sup>) *Deest subscriptio Vincentii Lauro.*

## N. 122.

**Vincentius Lauro**

**Sbigneo Bochniensi, altaristae in ecclesia S. Nicolai Bochniae**

Cracoviae, 1 VII 1574.

*Absolvit eum a poenis, quas incurrit, quia in rixa alium sacerdotem vulneraverat; quibus poenis iam quidem absolutus est per indulgentiam, quam*

<sup>848</sup> Sic vocabantur - a nomine conditoris stirpis regiae, a qua regnum Poloniae originem duxit - fautores civis Poloni in regem eligendi.

<sup>849</sup> Ioannes Chodkiewicz.

<sup>850</sup> Ernestus Habsburg, filius imperatoris Maximiliani II, cui fautores eius Annam Jagellonicam uxorem dare cogitabant.

<sup>851</sup> Łaski conatus est, ut - rege Henrico intercedente - palatinatum Moldaviae ab imperatore Turcarum obtineret (cfr. R. Żelewski, *Łaski Olbracht*, PSB XVIII, p. 247). Mandata regia ad hoc negotium pertinentia imperatori Selimo II tradidit iam mense Maio 1574 orator Gallicus Constantinopoli, Franciscus de Noailles, epus Dacensis (cfr. eius epistulas ad Catharinam Mediceam 8 V et ad regem Carolum 19 V necnon ad ipsum regem Henricum, 30 V 1574 datas (ed. E. Charrière, *Négociations de la France dans le Levant*, T. 3, Paris 1853, p. 493-494). Nova mandata traditurus erat etiam successor epi Dacensis, eius frater Aegidius de Noailles (1524-1587), abbas Insulae, qui in itinere suo in Polonia substitit (cfr. Serwanski, p. 166).

<sup>852</sup> Ambas epistulas senatus: 20 VI ad Henricum et 21 VI ad Maximilianum II datas, ed. Cieszkowski, p. 121-122, 128-129 (cfr. N. 118).

*occasione iubilaei a Pio V emissi consecutus est, sed nunc timens, ne in aliam irregularitatem incurrat, eiusmodi absolutionem sibi iterum concedi petit; condicio talis absolutionis est, ut poenitentiam a praeposito ecclesiae S. Nicolai, Paulo Fabio, sibi imponendam omnino adimpleat.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 396 f. 20v-21r.

Vincentius *etc.* [*ut in N. 74*], dilecto nobis in Christo Sbigneo Bochniensi, perpetuo Capellano ad altare S. Iohannis, situm in Ecclesia S. Nicolai Bochniensi, Cracoviensis dioecesis, salutem in Domino sempiternam.

Sedes Apostolica, pia mater *etc.* [*ut in N. 89*]. Sane nobis nuper exponi fecisti, quod dudum tu etiam tunc in Praesbiteratus ordine constitutus et perpetuam Capellaniam ad altare Sancti Iohannis, situm in Ecclesia Sancti Nicolai Bochniensi, Cracoviensis dioecesis, canonicè tibi collatam obtinens, cum quodam sacerdote rixando ipsum sacerdotem unico vulnere in capite affecisti. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, licet dictum vulnus non ita multo post sanatum sit, tuque reconciliatione cum dicto sacerdote facta et Iubileo universali a foelicis recordationis Pio Papa V emisso<sup>853</sup>, in vim ipsius Iubilei in foro conscientiae absolutus fueris, quia tamen nulla alia absolutione nec etiam ulla dispensatione obtenta ab inde citra Missas et alia divina officia (non tamen in contemptum clavium) celebrasti et alias divinis te immiscuisti ac illis participasti, quamvis haec tanquam licita bona fide feceris, nihilominus dubites te propterea irregularitatem et alias poenas contra sic promotos a iure inflictos etiam denuo incurrisse ac ideo ab intimis plurimum dolueris et doleas de praesenti ac similibus imposterum abstinere proponas, necnon a praemissis absolvi summopere exoptes, nobis humiliter supplicasti, ut de absolutionis beneficio et dispensationis gratia ac alias in praemissis tibi providere misericorditer dignemur.

Nos igitur ad infrascripta per dictae Sedis litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate muniti *etc.* [*ut in N. 110*], huiusmodi supplicationibus [21r] inclinati, te ab excessibus huiusmodi necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, quas propter praemissa quomodolibet incurristi, apostolica autoritate nobis specialiter attributa, tenore praesentium in utroque foro absolvimus *etc.* [*ut in N. 110*], ac ut dictam Capellaniam retinere libere et licite valeas, de specialis dono gratiae dispensamus. Non obstantibus praemissis *etc.* [*ut in N. 74*]. Volumus autem, quod poenitentiam per dilectum nobis in Christo Paulum Fabium, dictae Ecclesiae Sancti Nicolai Praepositum, tibi pro praemissis iniungendam, adimplere omnino tenea-

<sup>853</sup> Indulgentia a Pio V concessa ratione victoriae de Turcis ad Naupactum a. 1572 reportatae, vide Pastor SP VIII, p. 562.

ris. Alioquin praesentes litterae nullatenus tibi suffragentur. Datum Cracoviae, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Kalendis Iulii, Pontificatus Ss.mi D.ni Nostri Gregorii Papae XIII Anno Tertio.

Vincentius, Episcopus Montisregalis, etc.  
Omnino gratis

**N. 123.**

**Card. Tholomaeus Gallio  
Vincentio Lauro**

Romae, 3 VII 1574.

*Nuntiat se litteras eius 11 VI datas (cfr. N. 112) accepisse. Adiungit scriptum notis arcanis exaratum (cfr. N. 124).*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 462r. In f. 465v inscriptio, vestigium sigilli, summarium et adnotatio: "Ricevuta ali 8 di Agosto 1574".

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 152r-153r.

**N. 124.**

**Card. Tholomaeus Gallio  
Vincentio Lauro**

Romae, 3 VII 1574.

*Regis (Henrici) ex Polonia discessus certo nuntio accepto, repetit ea, quae iam pridem scripserat de filio imperatoris (Maximiliani II) ad obtinendum Poloniae regnum promovendo et adiuvando; sin vero Henricus eidem regno renuntiare non intenderet, nuntius nullum non lapidem movere debebit, ne ad novam electionem deveniatur.*

**Min. (notulis arcanis exaranda):** AV, Nunz.Pol. 172 f. 157r-v.

**Or. cifra:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 463r-v (allegata ad N. 123).

## Al Nuncio in Polonia, 3 di Luglio [15]74. Cifra.

L'altro giorno mandai a V.ra Signoria molti brevi et le scrissi a longo del modo che haverà da tenere nel ministerio suo <sup>(a-in Polonia-a)</sup> dopo la morte del Re Christianissimo<sup>854</sup>. Per la quale occasione, pensandosi che il Re avanti il partir suo dovesse lasciar qualche buon ordine a le cose del Regno, overo lasciarlo in libertà di far nova elettione, senza pretender altro in esso; in questo caso si disse a V.ra Signoria che dovesse indrizzar tutti li pensieri et l'industria sua a favorir un figliolo del 'Imperatore<sup>855</sup>.

Hora l'essersi inteso la partita del Re nel modo che è stata, et non sapendosi per anchora conoscere quale possa esser l'intentione de la Maesta Sua, Sua Santità ha voluto che io avertisca V.ra Signoria che proceda con grandissima circonspezzione, perciocché sì come l'ordine datole di favorir un figliolo del' [157v] Imperatore è stato con presupposito che l'elettione si habbi da fare con volontà et satisfattione del Re presente, così quando fusse intesa altrimenti, et che il Re pretendesse per la partita sua non haver ceduto al titolo né al Regno, et che, al'incontro, dal Regno si volesse venire di fatto a nova elettione, <sup>(b-non solo Sua Santità non vuole che V.ra Signoria se n'intrometta, ma più presto vuole che nel più destro modo che potrà-b)</sup> aiuti la parte del Re, come più favorevole et degna di protezione, con mostrar quanto sia indegna cosa privar così grande et benemerito Principe di fatto del titolo et possesso di quel Regno, al quale l'hanno chiamato tanto da lontano. <sup>(a-Et che è conveniente differir qualchi [sic] giorni per poter far la nuova elettione col consenso d[i] t[utti]-a)</sup>. V.ra Signoria, adunque, secondo i successi che vederà, così anderà governandosi, poichè è certa de la mente di Sua Beatitudine.

a-a) *Adscriptum supra*.

b-b) *Adscriptum supra pro expuncto: non vuole*

Sua Santità che V.ra Signoria se n'intrometta, o intromettendosene più presto

## N. 125.

**Vincentius Lauro**

**Matthiae Karski, decano Crusvicensi, Stanislao Dąbrowski, canonico et Martino Izdbieński, ufficiali Cracoviensibus**

Cracoviae, 4 VII 1574.

*Eos ius habere declarat ad cognoscendam et dirimendam controversiam scholastici Sandomiriensis, Stanislai Ossowski, cum monialibus S. Clarae*

<sup>854</sup> Cfr. N. 115 et 116.

<sup>855</sup> Cfr. N. 116 et 120.

*Cracoviensibus de decimis ex pagis Ostrów, Borów, Kosin, Mniszek et Pstragi ei intercedentem, ipsis ab epo Cracoviensi (Francisco Krasiński) demandatam; hoc praesens documentum editum est precante scholastico in eum casum, quo forte moniales auctoritatem iudicii episcopalis, exemptionem reclamantes, in dubium vocarent.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 396 f. 22r-23r.

Vincentius etc. [ut in N. 74], dilectis nobis in Christo Decano saecularis et collegiatae Krusswiczensis, Cracoviensis dioecesis<sup>856</sup>, et Stanislao Dambrowski, Canonico maioris Cracoviensis<sup>857</sup> ecclesiarum ac Officiali Cracoviensi<sup>858</sup>, salutem in Domino sempiternam.

Iniunctum nobis (meritis licet imparibus) ex Apostolicae Sedis benignitate legationis officium digne peragere credimus, si ad ea totis viribus incumbamus, per quae ius suum unicuique illaesum conservetur. Sane dilectus nobis in Christo Stanislaus Oszowski, Scholasticus saecularis et collegiatae Ecclesiae Sandomiriensis, Cracoviensis dioecesis, Curiae Regiae Referendarius<sup>859</sup>, nobis exposuit, quod quamvis decimae manipulares ex araturis villarum Ostrow, Borow, Goscin, Minschek et Pstragi [22v] ad monasterium monialium Sancti Andreae Cracoviensis, ordinis [S. Clarae]<sup>a)</sup> pertinentium, ad Scholastriam dictae Ecclesiae Sandomiriensis legitime spectent et tam sibi quam pro tempore existenti eiusdem Ecclesiae Scholastico debeantur<sup>860</sup>, tamen dilectae nobis in Christo Abbatisa ac moniales dicti Monasterii ipsas decimas sibi solvere indebite recusarunt, prout recusant etiam de praesenti, in maximum eiusdem Scholastriae proventuum diminutionem et maximum suum detrimentum.

Cum autem, sicut eadem expositione subiungebat, ipse hac in re sentiens se plurimum laedi, ac ius suum iustitia mediante consequi cupiens, causam et causas, quas super praemissis et eorum occasione contra Abbatisam et moniales praefatas habere et movere intendit, per Rev.dum in Christo Patrem Episcopum Cracoviensem<sup>861</sup>, tanquam loci ordinarium, vo-

<sup>856</sup> Matthias Karski, familiaris epi Karnkowski, si de decano Crusvicensi re vera hic agitur.

<sup>857</sup> Stanislaus Dąbrowski, archidiaconus Gnesnensis, erat etiam canonicus Cracoviensis ab a. 1554.

<sup>858</sup> Martinus Izdbieński.

<sup>859</sup> Stanislaus Ossowski (cfr. N. 62).

<sup>860</sup> Agitur de pagis Ostrówek, Borów, Kosin, Mniszek et Pstragi, ad orientalem Vistulae ripam, e regione oppidi Zawichost, septemtrionem versus a Sandomiria iacentibus. Ab a. 1257 usque ad 1785 proprii erant monasterii monialium S. Clarae, primum in Zawichost fundati, deinde vero Scalam (Skala) in districtu Olcussiensis et demum Cracoviam translati (monasterium S. Andreae in via Grodzka situm). Nihilominus decimae ex eis (certo ex Ostrówek), vigore privilegii consecrationis ecclesiae S. Mariae Sandomiriae a. 1191 concessi, eidem ecclesiae persolvendae erant, quae tum ad scholastriam Sandomiriensem pertinuisse videtur (cfr. *Codex diplomaticus Minoris Poloniae 1178-1386*, ed. Franciscus Piekoski, Cracoviae 1876 (Monumenta Medii Aevi Historica, t. 3), p. 53, 70, 126, 379).

<sup>861</sup> Franciscus Krasiński.

bis, dilecti nobis in Christo Decane et Officialis, committi obtinuerit, et nihilominus dubitet easdem [et] Abbatissam, ex quo dictae Sedi immediate suppositae dicuntur, contra ordinariam iurisdictionem excepturas, quod ne succedat nec alias iustitiae administratio super praemissis ullatenus differi possit, nobis humiliter supplicavit easdem causas vobis tribus et vestrum cuilibet etiam committere dignaremur.

Nos igitur, ad infrascripta per dictae Sedis litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate muniti, et iusticiam unicuique administrari sinceris desiderantes affectibus, vobis tribus et vestrum cuilibet per praesentes committimus et mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum causam et causas huiusmodi, quam et quas ipse Stanislaus Scholasticus super praemissis et eorum occasione habere et movere vult et intendit contra et adversus dictas Abbatissam et moniales adversarias, omnesque alios sua communiter vel divisim in praemissis quomodolibet interesse putantes, cum omnibus et singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis et connexis, etiam summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, sola veritate inspecta, audiendas et fine debito terminandas.

Nos enim vobis tribus et cuilibet vestrum ipsas adversarias et alios quoscunque in executione citationis praesentium vigore decernendae nominandos etiam per edictum publicum, constito prius etiam summarie et extraiudicialiter de non tuto accessu citandi et monendi eisque ac etiam quibusvis iudicibus, caeterisque personis, quibus et quoties opus fuerit, etiam per simile aedictum ac [23r] sub censuris ecclesiasticis, servata forma Tridentini Concilii publicandis, necnon pecuniariis vestro et cuiuslibet vestrum arbitrio moderandis et applicandis poenis, inhibendi ac contra inobedientes et rebelles quoslibet censuras et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravandi; interdictum ecclesiasticum apponendi et relaxandi; auxiliumque brachii saecularis invocandi; nec non eundem Stanislaum adversus lapsum temporis et quorumcunque fatalium (prout opus et iuris fuerit) restituendi, ac quibusvis sententiis, censuris et poenis in eum praemissorum occasione pro tempore forsitan latis, simpliciter vel ad cautelam (sicut iuris ratio dictaverit) absolvendi aliaque omnia et singula in praemissis et circa ea quomodolibet necessaria et opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, auctoritate Apostolica nobis specialiter attributa earundem praesentium tenore facultatem et auctoritatem concedimus et impartimur. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII, qua cavetur expresse, ne quis *etc.* [ut in N. 96]. Datum Cracoviae, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, pridie Nonas Iulii, Pontificatus Ss.mi Domini N.ri Gregorii Papae XIII anno tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis *etc.*  
Gratis omnino.

a) *In textu erronee: Praemonstratensis*

## N. 126.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 10 VII 1574.

*Significat litteras eius 17 et 21 VI datas sibi allatas esse. Nuntiat papam cardinalem S. Sixti (Philippum Buoncompagni) legatum suum Venetias misisse, ut regi (Henrico) occursaret. Quia passus per Poloniam clausi sunt, mandat ei, ut modum inveniat, quo litterae notis secretis scriptae per nuntium Dolfin transmitti possint.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 470r. In f. 473v inscriptio, vestigium sigilli, summarium et adnotatio: "Lettere di 10 d'Luglio, ricevuta a li 8 di Agosto 1574".

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 159r-v.

Molto Rev.do Monsignore etc.

Ho ricevute le due lettere di V.ra Signoria deli 17 et 21 del passato, con le scritture che in esse accusa<sup>862</sup>, et ho referito a N.ro Signore quanto lei scrive d'haver operato innanzi et dipoi la partita del Re di Polonia, et tutto le è piaciuto. Sua Santità, havendo intesa la resolutione di Sua Maestà di venir a Venetia<sup>863</sup>, ha mandato Mons. Ill.mo Card. S. Sisto, Legato in posta ad incontrarla et honorarla come conviene<sup>864</sup>. Perché s'intende esser già serrati i passi in quel Regno di Polonia et che con difficoltà si potranno mandar lettere in volta, V.ra Signoria starà avvertita per trovar modo et concertarsi con Mons. Nuntio Dolfino, acciò se ne possa haver il più spesso si potrà. Et per più sicurezza si servirà dela cifra. Quel che occorre di più sarà nel'incluso foglio<sup>865</sup>. Con che a V.ra Signoria mi offero etc. Di Roma, li X di Luglio del 1574.

(a-Di V.ra Signoria Rev.da

come fratello amorevole  
 il Cardinale di Como<sup>a)</sup>)

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

<sup>862</sup> Cfr. N. 114, 118, 119.

<sup>863</sup> Quod Henricus in animo habuerit per Venetias transire, primum Romam scripsit nuntius Venetus Ioannes Baptista Castagna in litteris 1 VII 1574 datis: "Il detto Re è aspettato qui in Venetia tra otto giorni o poco più, havendo la detta Maestà propria scritto a l'Ambasciatore suo che partirà di Vienna alli 28 o 29 et venirà qui" (Buffardi NV XI, p. 213).

<sup>864</sup> Philippus Buoncompagni (1548-1586), summi pontificis nepos, cardinalis ab a. 1572. Ad munus legati ad Henricum obeundum nominatus erat 5 VII 1574 (cfr. breve Gregorii XIII ad regem eodem die datum in reg. AV, Arm. 44, ms. 22 f. 219r-220r, ed. Theiner AE I, p. 285-286). Rumor de hac nominatione iam 6 VII Venetias pervenit (cfr. Buffardi NV XI, p. 217).

<sup>865</sup> Cfr. N. 127.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 10 VII 1574.

*Nuntiat papam probare consilium eius de regnis Galliae et Poloniae sub sceptro regis (Henrici) coniungendis et mandare, ut eum in hoc proposito adiuuet; sin vero ad novam electionem deveniretur, nuntius, indignationem haereticorum parvipendens, filium imperatoris (Maximiliani II) fovere et adiuvare deberet.*

**Min. textus notis arcanis exarandi:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 160r-v.

**Or. in cifra:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 471r-v (adiunctum litteris sub N. 126).

Al Nuntio in Polonia, X di Luglio [15]74. Cifra.

Il ricordo dato da V.ra Signoria a Sua Maestà di ritenere il Regno di Polonia con quello di Francia è piaciuto a N.ro Signore<sup>866</sup>. Et se si potesse condur a perfettione senza molta difficultà il modo proposto da lei, sene potrebbero sperar grandi effetti. In ogni caso volendo il Re, come si vede che ha in animo, mantenersi il titolo et governo di Polonia, V.ra Signoria, come già due volte le ho scritto, avrà da aiutar et favorir con ogni suo potere l'honesto desiderio di Sua Maestà, facendo tutti gli officii che saranno a ciò convenienti, tanto in publico come in privato<sup>867</sup>. Ma quando il Regno non si contentasse di questo et pigliasse resolutione di far elettione nuova, il che non vedo che possa esser [160v] senza gran romore et travaglio, in tal caso lei avrà in memoria di favorir un figliolo del'Imperatore, conforme ala commisione che se le è data<sup>868</sup>, (a- facendo però in modo che il Re Christianissimo non possa tenersi offeso di lei, come saria, se lei procurasse che si facesse nuova elettione etiam contra il volere di Sua Maestà<sup>a)</sup>).

Nel resto ella farà intrepidamente tutti gli officii che conoscerà esser necessari in servizio di Dio et dela religion catholica, non dubitando che Sua Divina Maestà l'haverà tanto più in protettione quanto più sarà fervente in difender la causa sua. Et gli heretici, maxime li Poloni, non sono così bravi, che un Nuntio Apostolico habbi a temer di loro in la vita.

<sup>a-a)</sup> *Adscriptum in margine.*

<sup>866</sup> Cfr. N. 114.

<sup>867</sup> Cfr. N. 120 et N. 124.

<sup>868</sup> Cfr. N. 120.

## N. 128.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 19 VII 1574.

*Nuntiat se litteras eius 19 VI datas, una cum annexis scriptis, accepisse. Refert de tumultibus in Polonia exortis et periculis ex Turcis et Moscovitis impendentibus; nihil autem imminere ex parte principum Germaniae et imperatoris (Maximiliani), qui filium Ernestum ad potiendum regnum Poloniae subornandum curat. Significat se iam bis ad regem (Henricum) scripsisse eumque adhortatum esse, ut regnum Poloniae retineret et ad defensionem finium pecuniam mitteret. Timet, ne - si ad novam electionem deveniretur - candidatus natione Polonus ("Piastus") eligatur, quod tumultus concitaret et fortassis etiam Turcarum ac Moscovitarum in Poloniam impetus parere posset. Existimat ex candidatis Polonis maiore cum successu ad regnum aspirare posse palatinos: Sandomiriensem (Ioannem Kostka) et Podoliae (Nicolaum Mielecki), quibus nobiles faveant, invito palatino Cracoviensi (Petro Zborowski) in conventibus particularibus palatinatum Cracoviensis et Sandomiriensis uniti ac confederati; spem potiendi regni Poloniae etiam Gulielmum a Rožemberk concepis- se; nobilitatem Cracoviensem magnopere pugnacem et Ecclesiae infensam esse et ad convocationem Varsaviensem turbatim et armis instructam venire stauisse. Veretur, ne ex hoc seditio seu "rokosz" suboriatur, quam tribuni nobilium Stanislaus Szafraniec et Nicolaus Firlej concitare studeant. Ad hoc vitandum proponit, ut 50 saltem milia florenorum mittantur ad adversarios "Piasti" Ioanne Chodkiewicz duce armis instruendos. Nuntiat Albertum Łaski ad regem (Henricum) et eius matrem (Catharinam) scripsisse eisque oboedientiam et fidelitatem suam obtulisse; etiam Ioannem Carolum Chodkiewicz cum eis consentire; aepum (Uchański) indicedae convocationi generali adversari, quam absente, sed vivente rege iure celebrari non posse affirmat; alios autem aliter censere, cum absente rege regnum in periculo versetur. Si ad novam electionem deveniendum esset, arbitratur archiducem Ernestum regem esse eligendum; Henricum vero - si regnum retinere vellet - ad defendendos fines pecuniam mittere et numero senatorum tres vel quattuor ex ordine equestri adiungere debiturum esse. Certiorem eum reddit epistulas eius 24 IV et 6 VI datas ad se pervenisse, sed subveretur partem epistularum periisse. Mittit litteras et acta conventus Proszovicensis. Nuntiat se initio mensis Augusti ad epum Karnkowski, postea vero ad aepum (Uchański) et forsitan ad epum Plocensem (Myszkowski) proficisci decrevisse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 98r-102v. In f. 95v inscriptio, vestigium sigilli.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 25v-29r.

**Ed.:** Wierzbowski VL, p.63-69.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

Io ricevei la settimana passata la lettera di V.ra Signoria Ill.ma deli 19 di Giugno, con le cinque carte di cifra<sup>869</sup>, indirzzatami per un huomo espresso da Mons. il Vescovo di Torcello, Nuncio<sup>870</sup>, et insieme li brevi, deli quali mi valerò secondo il bisogno per servitio di Dio et dela religione Cattolica et per quiete et tranquillità del Regno, il quale, per il dispartimento del Re al'improvisa, è in non picciolo disturbo. Non si temono i giudicii, per il che in Masovia questi giorni è soccessa la morte di 10 over 13 gentilhuomini. Si sta in paura del Turco, et massime che ci è nuova che l'Ivonia, già Palatino di Moldavia, dopo haver tre volte havuta la vittoria contra Turchi, finalmente è stato rotto, preso et morto con varii tormenti<sup>871</sup>. Il Turco ha sustituito in luogo di lui Pietro, fratello del Valacco<sup>872</sup>. Si dubita anche del Moscovito, il quale, perciocché la triegua finisce a mezzo Agosto, ha di già per quanto s'afferma mandati ale frontiere del Regno 20 mila cavalli, et i Signori Lituani procurano di prolungar seco la triegua. Et è verisimile che egli non habbia a far movimento, ma con lo star armato dare spavento, affinché se si venisse a nuova elettione, ci habbia la sua parte.

Né meno ha del ragionevole che il Turco sia per moversi, perché daria occasione a questi popoli di ricorrere al Mosco, suo nemico. Et dal canto del' Imperatore<sup>873</sup> s'ha a sperare tuttavia che la Maestà Sua procurerà, quando avvenisse la occasione, favorire la persona del Prencipe Hernesto, suo figliolo, con modi honesti. Non è poi da temere punto degli altri Prencipi vicini. Là onde questi Signori Polacchi potrebbono mandare li loro Ambasciatori in Francia per intendere l'animo del Re et sicuramente aspettare, non pure il ritorno di essi, ma quello etiamdio del Re; quando però Sua Maestà non indugiasse a farlo, eccetto [98v] insino al Giugno avvenire, et in tanto mandasse il soccorso che converria per sodisfare in parte ad alcuni debiti del Regno et per guardia dei confini in questa sua assenza.

Sopra di che io di già non ho mancato per il debito dela mia cariga scriverne due volte ala Maestà Sua, ricordandole il bene che ne succedereia a tutta la Christianità dela conservatione di questi due Regni, uniti sotto la sua obediencia<sup>874</sup>. Et il modo non sarebbe molto difficile per l'effetto d'una sì degna et santa opera. Et quando anche non havesse animo di ritenere la Polonia, la Maestà Sua, et per la conscienza et per l'honore, è obligata non esser causa di qualche ruina, ma di difenderla con favorirla a fare una elettione

<sup>869</sup> Cfr. N. 115, 116.

<sup>870</sup> Ioannes Dolfin.

<sup>871</sup> Ioannes III (Ivonia), palatinus Moldaviae a m. Februario 1572, reportatis victoriis ad Bucarestum, Braila et Tighina, a Turcis tandem m. Iunio 1574 ad lacum Cahul victus, captus et crudeliter trucidatus est Roșcani 11 VII 1574, v. Giurescu, p. 154-155, 166-175, cfr. Spieralski, p. 135-136.

<sup>872</sup> Petrus V ("Claudus" nuncupatus), frater palatini Valachiae Alexandri II Mircea, palatinus Moldaviae usque ad 23 XI 1577. Cfr. A. 20.

<sup>873</sup> Maximilianus II.

<sup>874</sup> Utraque epistula non reperitur.

d'un Prencipe cattolico, che le fosse soccessore nela pietà et nel valore, come le sarebbe nel Regno. Et mi sono sforzato persuaderla che, non aspettando altrimente Ambasciatori, si sforzasse di mandare uno o due personaggi avanti la celebratione dela convocatione, con tal soccorso (et non bisognaria manco di 200 mila ducati) che si potessero o in tutto o in parte non pur pagare i soldati che servirono nel'Interregno, quelli che haveranno nel'absenza sua a guardare i confini et i poveri gentilhuomini cortegiani del Re morto, ma ancora aiutare alcuni principali Signori, suoi servitori. Li quali con non molta somma de danari potriano tirare tutti i gentilhuomini soldati et una buona parte del resto dela nobiltà ala obediencia et devotione sua. Et le lettere, come spero, saranno portate con tal diligenza che il Re saria a tempo di provvedere al tutto, se pure non fia tanto impedito dali travagli dela Francia che non possi sodisfare a un sì giusto et debito officio.

[99r] Hor avvenendo che il Re non possa o non voglia (il che non s'ha credere d'un Prencipe sì grande et sì religioso) rimediare a i mali di questo Regno, si correria gran pericolo di qualche elettione tumultuaria d'un Piasto. Il quale se sarà cattolico manco male; et pur ne seguiria danno grande ala religione, perché non sarebbe temuto dala parte contraria. Ma se avvenisse (che a Dio non piaccia) che fosse di setta diversa, actum esset de religione catholica, perché i nostri ordinariamente si governano con lo spirito dela mansuetudine, et gli altri in contrario. Ma l'uno o l'altro che sia (ancorché vi siano molti Signori prudenti et valorosi), non essendovi però nessuno che avesse tanta forza et auctorità che fosse di gran lunga superiore a molti altri, non saria obbedito. Donde ne nasceria qualche divisione o dismembratione del Regno, la qual faria la strada o al Turco o al Mosco d'impatronirsene, overo che ciascuno n'occupasse la parte che gli fosse più commoda et più vicina.

Li principali Signori che possono aspirare al Piasto per il seguito del popolo sono i Palatini di Sendomiria, ciò è il Coska<sup>875</sup>, et di Podolia<sup>876</sup>. Et tra loro sono talmente uniti, che forse l'uno cederia al'altro, secondo che avvenisse il caso. Et come che amendue siano poco amici del Sig. Cotquevisci<sup>877</sup> et dei Signori Sboroski, haveriano non dimeno l'appoggio dela casa Radzivila, ciò è del Palatino di Vilna<sup>878</sup>, a cui aderisce per conseguenza il Maresciallo dela Corte di Lituania<sup>879</sup>. Et li due Palatinati, ciò è di Cracovia et di Sendomiria, già vanno a questo fine, perché nei conventi particolari che questi di hanno fatti, prima l'uno, ciò è Sendomiria, in Opatof<sup>880</sup>, et poi l'altro, ciò è Cracovia, in Proschevicze<sup>881</sup>, s'è conclusa la unione chiamata da loro il [99v]

<sup>875</sup> Ioannes Kostka.

<sup>876</sup> Nicolaus Mielecki.

<sup>877</sup> Ioannes Chodkiewicz.

<sup>878</sup> Nicolaus Radziwiłł "Rufus".

<sup>879</sup> Nicolaus Christophorus Radziwiłł "Orbus".

<sup>880</sup> Opatów, oppidum in palatinatu Sandomiriensi, locus stabilis, ubi conventus particulares nobilium eiusdem palatinatus celebrabantur.

<sup>881</sup> Proszowice, oppidulum 35 km ad septemtrionem et orientem a Cracovia distans, locus, in quo conventus particulares nobilitatis palatinatus Cracoviensis peragebantur. Conventus, cuius hic mentio

Captur, ciò è cappuccio<sup>882</sup>, che l'uno non offenda l'altro sotto le pene dela vita et del'honore. Et senza fare mentione alcuna del Re, si sono costituiti i giudicii sotto il nome publico contra la voluntà del Palatino di Cracovia<sup>883</sup>, a cui come Capitano di Cracovia tocca in tutto il Palatinato la amministratio-  
ne dela giustitia. Et percioché al principio fece resistenza, portò pericolo di capitar male, se non si ritirava in casa. Ma poi, essendo minacciato di esser dichiarato nemico dela Patria, mandò dal'allogiamento il consentimento suo senza voler la seconda volta comparire in Chiesa, dove si faceano i conventi. Et tra li detti Piasti il Rossenberg, Signor Boemo, è in consideratione<sup>884</sup>.

In questi giudicii s'è havuta consideratione, che nele differenze dei beni temporali ecclesiastici habbia ad intervenire il Vicario di Monsignor di Cracovia<sup>885</sup>. Il quale Monsignore, temendo di qualche tumulto, non è altrimenti comparso, né alcuno altro del'ordine ecclesiastico, scusandosi che tali conventi vivente il Re non possono farsi, eccetto di voluntà et ordine di Sua Maestà. Là onde si procede anche con più licenza che nel'Interregno, percioché in tali conventi si suole sempre esprimere la cosa che s'ha a trattare nelle convocationi o Comitii universali, come verbi gratia nel'Interregno il negotio dela elettione. Ma in queste s'è solamente determinato che s'habbia di andare ala convocatione generale, già intimata qui dai Senatori da celebrarsi in Varsovia a 24 d'Agosto prossimo, senza esprimere quello che s'habbia a trattare nela sodetta convocatione, con animo, per quanto si può manifestamente comprendere, se si troveranno superiori di far una elettione a lor modo et satisfattione. Perché hanno anche risoluto che tutta la nobiltà deli sodetti due Palatinati, ciò è di Sandomiria prima a Solecz<sup>886</sup>, et di Cracovia [100r] poi nel medesimo Proschevicze, ali 14 del medesimo mese, habbia a venir armata et far mostra come se s'havesse andar ala guerra et al' hora delibereranno solamente se debbono tutti andar armati ala convocatione o pure mandarvi li Nuncii Terrestri. La qual resolutione pare che sia fatta per tener sospetti gli altri Palatinati, li quali non essendo per aventura (come s'ha da dubitare per evitar la spesa) tutti in ordine, se manderanno Nuncii

---

fit, celebratus est 16 VII 1574 (cfr. *Akta sejmikowe województwa krakowskiego* [Acta conventuum nobilium palatinatus Cracoviensis], T. 1: 1572-1620, ed. S. Kutrzeba, Kraków 1932, p. 36).

<sup>882</sup> Kaptur ("cucullus") - sic tempore interregni vulgo vocabantur iudicia (nomen derivatur a nigro cucullo, quo post mortem regis in signum doloris capita operiebantur), quae in conventibus particularibus ad iudicanda crimina violentiae, homicidii, incendii peragebantur (exceptis causis civilibus et patrimonialibus). Id genus iudicia a cucullo nominata interregni tempore ex confoederatione nobilitatis palatinatus Cracoviensis a. 1572 originem ducunt. Acta confoederationis Proszovicensis, de qua hic agitur, edita sunt a Kutrzeba (ut supra, p. 37-42).

<sup>883</sup> Petrus Zborowski.

<sup>884</sup> Gulielmus a Rožemberk (1535-1592), princeps Bohemus, in prima libera electione a. 1573 ad regnum Poloniae aspirabat. Cfr. M. Slach, *Kandydatura Wilhelma z Rožemberka na tron polski w latach 1573-1575* [De Gulielmo a Rožemberk a. 1573-1575 regni Poloniae candidato], "Sobótka", 21(1966), p. 420-436.

<sup>885</sup> Martinus Izdbieński.

<sup>886</sup> Solec, locus ad Vistulam in septemtrionali palatinatus Sandomiriensis parte situs, 50 km a Radomia distans, altera sedes conventuum particularium eiusdem palatinatus; de conventu, qui tunc hoc loco celebratus est, alias nihil habetur.

overo compariranno armati in poco numero, di maniera che questi due insieme sopravvanzassero gli altri tutti. Li detti due potriano mettere in executione la loro intentione in far un Piasto. Et quando vedranno di non potere, s'accorderanno forse con gli altri di haver a mandar Ambasciatori al Re.

Et in qualunque [sic] caso ne potria nascer disturbo o guerra tra loro, di maniera che la maggior parte degli ecclesiastici s'accorda di non volervi comparire, sì per il pericolo, et sì perché s'hà la mira di fare contra le leggi una convocation tumultuaria (dove li Senatori hanno poca autorità), la quale comunemente in queste bande chiamano Rochosz<sup>887</sup> et dala quale spesso ne suol nascere qualche ruina ne i Regni, ove s'è fatta. Et la causa di tal convocatione è attribuita ad alcuni Signori popolari (i quali hanno posto il Senato in grande odio dela nobiltà) et principalmente a due dela contraria religione, ciò è al Sig. Schaffranecz, Castellano Bicense et genero del Cancelliere<sup>888</sup>, et al Capitano di Sendomiria, fratello del già Palatino Firleo di Cracovia<sup>889</sup>. Li quali, con la connivenza de gli altri, et massime di quelli che aspirano al Piasto, faranno fare ai detti due Palatinati la prefata mostra generale. A imitatione dei quali se gli altri Palatinati non [100v] vogliono esser inferiori, saranno ancor essi costretti a far il medesimo, o in parte. Et così si viene ala sodetta tumultuaria convocatione o Rochosz.

Io on mancherò, et con lettere et con la presenza, per quanto il Sig. Iddio mi somministrerà le forze, persuadere l'Arcivescovo<sup>890</sup>, ancorché per l'età quasi decrepita non sia stimato come si dovrebbe, et gli altri Vescovi et alcuni principali Signori Cattolici, con gli altri ancora che in questo saranno d'accordo, che se procuri il rimedio contra sì gran male. Al quale si potria senza molta difficoltà obviare per il mezzo sodetto del Re, overo quando l'ordine Ecclesiastico facesse contributione. Ma chi per non spender, chi per non haver il modo et chi per non entrar in nemicitia si sta a vedere il successo, non prevedendo il male che n'avver[r]ebbe. Percioché con qualche somma de denari (et basteria per hora un 50 mila fiorini) li Signori Cotquevisci, il Sig. Laski, li Conti di Tencin et di Tarnovia et il Marescial Sboroski<sup>891</sup> farebbono una grossa banda di cavalleria, la qual haveria sempre il seguito di alcuni altri Signori contrarii ala fattione de Piasti. Et senza questo potrà anche avvenire che gli altri Palatinati, et massime quelli dela Polonia Maggiore, che sono sei, si risolvessero di venir armati et opporsi ala sodetta fattione. Et

<sup>887</sup> Rokosz vel rakosz, appellatio Hungarica tumultuarii conventus nobilium, in "campo cancrosum" prope Budam (rák Hungarice cancrum significat, rákos - adiectivum ab eodem vocabulo derivatum) a. 1526 peracti. In Polonia hoc nomine a. 1537 appellata est seditio contra regem Sigismundum I ad Leopolim exorta.

<sup>888</sup> Stanislaus Szafranec de Pieskowa Skała (ca 1530-1597), tunc marescalcus nuntiorum terrestrium, castellanus Bicensis ab a. 1569, postea castellanus Sandomiriensis (ab a. 1576), uxorem duxit Annam, filiam Valentini Dembiński, regni Poloniae cancellarii.

<sup>889</sup> Nicolaus Firlej, frater Ioannis, olim palatini Cracoviensis.

<sup>890</sup> Iacobus Uchański.

<sup>891</sup> Ioannes Chodkiewicz, Albertus Łaski, Ioannes Tęczyński, Stanislaus Tarnowski et Andreas Zborowski.

questo si vedrà nel convento intimato ali X d'Agosto in Colo<sup>892</sup>, dove si congregheranno tutti, et quivi faranno la resolutione come dovranno andare ala convocatione. Il Sig. Laski, il quale s'era sdegnato grandemente dela subita partita del Re, s'è pian piano, seguendo la sua buona et leal natura, lasciato persuader, [101r] in modo che ha scritto in Italiano una lettera a Sua Maestà et un' altra ala Reina madre, offerendo voler continuare verso il Re la obediencia et divotione che debbe<sup>893</sup>. Et ha voluto che io mandi le dette lettere con le mie a Sua Maestà. Et hoggi m'ha detto che il Cotquevisci gli ha mandato un suo con una lettera credenziale, offerendosi di voler esser unito con lui in qualunque [sic] modo si risolva di fare.

Questa assenza del Re apporta maggior difficultà che l'Interregno, nel quale si sa come s'ha da procedere secondo le leggi, il che non aviene hora. Imperoché l'Arcivescovo, che è tenuto peritissimo in questi loro statuti, è fermo nela sua openione, ciò è che nel'assenza del Re non si possano far conventi particolari o generali, et molto meno convocatione o Comitii universali, ma che si debba aspettare o il ritorno overo l'ordine del Re in questo caso. Gli altri si oppongono gagliardamente, affermando che il Re, come che non sia mancato di morte naturale, nondimeno s'ha per la lontananza dal Regno come morto civilmente. Et imperò è lecito far li detti conventi etc. per provvedere, ne quid Respublica detrimenti patiat, et massime per il sospetto dela guerra del Mosco, avvicinandosi il fine dela triegua. Et percioché non vi è il Re che possa determinare a conventi quello che s'ha a ragionare, et il Senato senza il capo non ha l'autorità, fa dunche [sic] di mestieri che ciò si faccia in una congregatione, dove sia lecito a tutto il Regno di congregarsi.

V'è anche un'altra difficultà non picciola, che lecitamente non [101v] si può hora procurare, eccetto di conservare il Re nel Regno. Et così la parte contraria può fare le sue pratiche per un che non saria buono per il publico, a cui si potria più agevolmente obviare con praticare la elettione d'un altro, che con il conservare uno absente. Et massime che li popoli, li quali rare volte si contentano delo stato presente, per la maggior parte sempre inclinano alle novità et alle mutationi, le quali sogliono apportare loro speranza di maggior bene. Sed in duobus malis (come N.ro Signore ha prudentissimamente considerato), cum maius fugiendum sit, minus est eligendum, quando però la occasione ci conceda il tempo di poterlo eseguir senza l'altrui offesa.

Et veramente in caso che la necessità apportasse di venir a nuova elettione, o perché il Re non volesse ritenere questo Regno, o per altro accidente, non si potria per servitio dela Christianità elegger soggetto che fusse più a proposito del Prencipe Hernesto, perché oltre le virtù et le speranze grandi del soggetto, ci saria quasi la unione dela Ongheria, Bohemia et Austria con

<sup>892</sup> Kolo, oppidum ad Vartam fluvium situm, communis locus conventuum nobilitatis palatinatum Maioris Poloniae, de conventu ibi intimato vide infra, N. 137.

<sup>893</sup> Epistolae Alberti Łaski ad regem Henricum et reginam Catharinam Mediceam ad aetatem nostram non pervenerunt.

la Polonia, le quali insieme, et massime che si potria sempre sperare d'haver la congiuntione col Mosco, sariano assai abbastanza o d'opprimere il Turco, overo di diminuire in gran parte la sua possanza.

Circa la forma di constituer qui qualche governo nell'absenza del Re, crederi che s'havesse potuto introdurre [sic] quello che vien proposto da N.ro Signore, quando il Re si trovasse presente, et poi si [102r] fosse partito con haver accomodate le cose di qua, ciò è stabilita la pace et la tregua con li vicini et pagata una parte de debiti et dato ordine ala guardia dele frontiere. Ma essendo stata la partita all'improvvisa, bisogneria che Sua Maestà mandasse qualche Signore con li sopra detti aiuti. Con il qual mezzo placati gli animi dei nobili, facilmente acconsentiranno per un anno al sodetto governo; et massime se per loro satisfattione s'aggiungesse al numero de Senatori tre o quattro dell'ordine equestre, di che già n'ho dato aviso minutamente ala Maestà Sua.

In risposta dela lettera di V.ra Signoria Ill.ma di 6 di Giugno<sup>894</sup> m'occorre solamente avisare d'haverla ricevuta, aggiungendo che mentre il Re sarà fuori del Regno per la nuova forma dei giuditii (come s'è detto), l'autorità del Palatino sarà pochissima. Et l'ultima lettera di lei avanti la sudetta di 6 di Giugno fu di 24 d'Aprile<sup>895</sup>. Et in questo spatio di tempo essendo verisimile che ella m'habbia scritto più volte, vengo in congettura che molte lettere siano capitate male; et massime che Monsignor di Torcello con una sua di 5 di Luglio, havendomi avisato d'havermi con un'altra sua di 16 di Giugno, mandato un piego dela Sig. Vostra Ill.ma per il figliolo di questo Ministro dele poste<sup>896</sup>, il detto figliolo m'afferma non haverlo havuto, sì come me n'ha [102v] fatta fede con un suo scritto, il quale ho inviato al prefato Signore. Et all'incontro, il medesimo debbe esser ale mie che ho scritte a lei, poiché da lei non mi vengono accusate.

Io mando a V.ra Signoria Ill.ma l'allegate copie di lettere con gli atti di questo convento Proschoviense nel Palatinato di Cracovia, nel quale, come anche in quello di Sendomiria, perciòché la maggior parte de' nobili principali sono heretici, hanno confirmata la lor confederatione. Io penso partirmi di questa Città circa il principio del mese seguente con animo d'andar a trovare prima il Vescovo di Cuiavia et poi l'Arcivescovo, et forse anche il Vescovo di Ploska<sup>897</sup>. Et con questo bacio *etc.* Di Cracovia, a 19 di Luglio 1574.

(<sup>a</sup>-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor  
il Vescovo del Mondevi<sup>a</sup>)

a-a) *Autographum.*

<sup>894</sup> Cfr N. 111.

<sup>895</sup> Cfr. N. 95.

<sup>896</sup> *Litterae nuntii Ioannis Dolfin ad Vincentium Lauro 16 VI et 5 VII 1574 datae, per Valerium, filium adoptivum Sebastiani Montelupi (1516-1600), regii postarum praefecti Cracoviae ab a. 1568, traditae, non sunt repertae.*

<sup>897</sup> Petrus Myszkowski.

## N. 129.

**Vincentius Lauro**  
**Stanislao Karnkowski, epo Vladislaviensi**

Cracoviae, 25 VII 1574.

*Miratur eum non familiariter, per litteras suas, sed per scholasticum Cracoviensem (Izdbieński) de fautoribus "Piasti" se monere voluisse atque hortari, ut reditum regis (Henrici) exoptaret. Declarat se eligendo "Piasto" nunquam fuisse et pluries ad papam et ad ipsum regem Henricum scripsisse, ut ei persuaderet, ne regno Poloniae renuntiaret. Se his eius suspicionibus nonnihil offensus esse scribit.*

**Cop.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 104r-105r (in cancellaria Vincentii Lauro confecta, transmissa cardinali Gallio una cum litteris sub N. 145).

(<sup>a</sup>-Exemplum litterarum ad Episcopum Vladislaviensem<sup>a</sup>)

[15]74, 25 luglio

Rev.me Domine. Superioribus diebus Rev.dus D.nus Scholasticus Cracoviensis<sup>898</sup> misit ad me quandam schedam, quam affirmavit particulam esse litterarum, quas Dominatio Tua Rev.ma ad se misit. Illa ego scheda insimulor ob animi imbecilitatem Piastum in Regem subornare, idque esse in ore omnium. Quare Dominatio Tua primum petit ab eodem D.no Scholastico, ut me confirmet moneatque, ne iis me erroribus implicem et vestrum animos deterream. Deinde consulit, ut si timor aliquis cor meum subierit, dissimulem, ne homines praesentiant. Postremo per eundem ipsum mihi suadet, ut quam diligentissime ad Summum Pontificem scribam et summa instantia curem, ut Rex quam primum in Poloniam revertatur. Addit deinde colophonem, ut haec sit cura, hoc meum studium.

Miror equidem Dominationem Tuam, quum alias ad me familiariter scribere consueverit, nunc vero evangelici praecepti pene immemorem, non per se suis litteris ad me datis, sed per alium me monere voluisse. At qui (ut dicis) erratum in ore omnium est, ideo palam etiam corrigi et emendari ne dum per aliquem alium debuit. Ais quidem tu hoc omnibus esse manifestum. At in Urbe Regia, ubi complures iidemque non vulgares homines morantur, et qui praesentes melius actiones cognoscere et examinare meas possent, quam qui longe in viculis absunt, nihil tale (quod sciam, scirem autem si evulgatum esset) de me ne suspicantur quidem. Memini tamen, cum post Regis abitum in meo cubiculo ex Palatinis Catholicis unum laudibus in

<sup>898</sup>Martinus Izdbieński.

coelum ferret Dominatio Tua dignumque Regia autoritate existimaret, me dicere illum, si Rex Regno se abdicaret necessitasque urgeret, ut Piastus eligeretur, mihi non displicere (hacque lege me tecum facere nunquam negabo) et ista certo nemini unquam, praeterquam quod uni ex tuis intimis familiaribus dixi: D.num Epum Cuiaviensem erga Palatinum illum<sup>899</sup> optimo animo esse, et nihil praeterea aliud. Si hoc est Piastum in Regem subornare, fateor quidem me Piastum tuum hoc nomine cupere, quamvis nulla cum eo mihi familiaritas intercedat, quin me (quod nemo fere ex Catholicis hactenus praetermisit) ne unquam quidem visitavit. Quapropter ego etsi imbecillo animo tam repente tibi videor, nescio tamen quibusnam bonis illectus, communia totius Reipublicae Christianae commoda deserere velim.

Sed urgebis fortasse me timore adductum ista pertractare. Longe falleris, Rev.me Domine, cum ex tuo aliorum animos metiris. Ego enim (ut nosti) haereticis maxime invisus, hinc nunquam neque te hortante discedere volui, nec proficiscar, dum [104v] de Catholica Religione bene merendi locus mihi relinquatur. Quamquam in huiusmodi malis timor etiam in hominem constantem cadere solet, monetque Dominus suos, ut cum ex una Civitate eiectiones fuerint, in aliam fugiant<sup>900</sup>.

Quod autem mea in hoc gravissimo Reipublicae casu officia desideret Dominatio Tua, ni rerum perturbatio memoriam labefactaverit, certe meminisses, me tibi ante tuum hinc discessum asserere, de hac re copiosissime scripsisse ad Ss.mum Dominum Nostrum. Poteris, quando volueris, exempla litterarum, quae apud me religiose asservantur, tu ipse inspicere ac legere, leges autem non unas tantum, sed alteras post tuam ab hac Urbe profectionem ad eius Sanctitatem scriptas, quibus pericula omnia, quae et Regno et Catholicae Religioni imminere videntur, exposita sunt et horum remedia petuntur. Inter quae nunc praecipuum illud erat, ut Rex bis centena milia aureorum quam citissime in Poloniam mittenda curaret, quibus stipendia persolverentur non modo militibus, qui Interregni tempore Reipublicae inservierunt, et qui se absente Regni fines tuerentur, sed etiam Nobilibus aulicis, qui defuncto Regi sua obsequia honorifice praestiterunt; atque in hoc non exiguam conservandi Regni spem repositam esse ostendi<sup>901</sup>.

Ter quoque ad Regem ipsum de iisdem rebus copiosissime scripsi: semel per D.num Comitem Christophorum Rozdrazovium (atque hae litterae tuo et meo nomine missae sunt)<sup>902</sup>, iterum per quendam Regis Cubicularium Barram nomine<sup>903</sup>, tertio per D.num Carolum Soderinum<sup>904</sup>; quibus Regi utriusque Regni commode retinendi ac tuendi rationem demonstravi. Monui

<sup>899</sup> Sermo est de Ioanne Kostka, palatino Sandomiriensi, cfr. infra, N. 145.

<sup>900</sup> Matth. 10, 23.

<sup>901</sup> Vide N. 119,

<sup>902</sup> Litterae utriusque eorum, per Christophorum Rozdrazewski, ad regem Henricum, statim post ipsius fugam, proficiscentem missae, perierunt (cfr. H. Kowalska, PSB XXXII, p. 377).

<sup>903</sup> Claudius du Bar. Etiam haec epistula non est reperta.

<sup>904</sup> Epistula non reperta.

etiam eius Maiestatem, ut ante convocationem aliquos ex praecipuis Galliae Proceribus suo nomine huc mittat, qui erga Senatum Ordinemque Equestrem optimam sui animi voluntatem declararent; auxilia etiam secum afferant, quibus tum debita solvantur, tum praecipuis ex nobilitate opem ferant; praeterea certam spem redditus Regis adiiciant. Scripsi item nonnulla alia, quae longum esset recensere. De quibus quidem universis si tuis litteris informationem a me petiisses, certior statim redditus fuisses.

Nihil igitur erat, quod eam, de qua amici etiam tui pene omnes tecum conqueruntur, culpam transferres in amicum, in Episcopum, in Apostolicae Sedis legatum; cui ne inimicos quidem ipsos huiusmodi suspicionis notam inussisse, unquam auditum est. Caveat itaque in posterum Dominatio Tua Rev.ma, ne hoc nomine aliquid [105r] in bullam, quae in die Coenae Domini legi consuevit, peccet.

Porro de iis nihil certe rescripsissem, si de existimatione nominis privatae tantum personae ageretur. Sed huiusmodi officium praetermitti non debuit, cum Sanctae Apostolicae Sedis Maiestas laedi videatur; quippe quae eum huc legaverit hominem, cuius fides, opera et industria, et si a duobus Pontificibus, nempe Pio V et Ss.mo Domino Nostro Gregorio XIII, ac antea a multis Principibus in magnis et praecipuis rebus nunquam fuit hactenus improbata, nunc tuo solum iudicio est eo redacta, ut ipsum Gregorium XIII, Pontificem sapientissimum et optime de Henrico Poloniae Rege meritum, cum eodemmet Henrico, nunc Galliae simul et Poloniae Rege, ex ista tui Piasti subornatione tentet committere. Sed hoc certe ipsi Henrico, magno ac constanti animo Principi, persuadere nunquam valebis.

Colophoni, quem addideras, nihil habeo dicere; neque enim decet Episcopum animi perturbatione commotum leges velle praescribere Summi Pontificis legato, cuius partes sunt, non tantum Regis (ut censes) redditum procurare, sed etiam dare operam, ut ipsius etiam absentis ratio habeatur et dignitas sarta tecta conservetur; atque, si ei per Galliae Regni tumultus et difficultates in Poloniam redire amplius non licuerit, invigilare Ss.mi Domini N.ri autoritate hortando, monendo et etiam urgendo, ut Rex Christianus, animi et opum praestantissimus ac priscae veraeque Religionis cultor et studiosus, eligatur. Sed haec hactenus. Atque utinam omnia christianae caritatis incendio vere aboleantur. Cupio Dominationem Tuam Rev.mam bene valere in Domino, a quo tibi firmiorem ac constantiorem animum summis praecibus contendo. Cracoviae, die 23 Iulii 1574.

Dominationis Tuae Rev.mae

<sup>a-a)</sup> *Adnotatio eadem manu in f. 105v adscripta.*

## N. 130.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 3 VIII 1574.

*Litteras eius 26 VI datas se accepisse nuntiat. Refert de colloquio suo cum Alberto Laski habito, qui pro brevi ad se dato et dispensatione sibi concessa gratus, fidelitatem suam Sedi Apostolicae et regi (Henrico) attestatur. Petit, ut breve ad infantem (Annam) mittendum curet. Significat se epistulam autographam summi pontificis regi tradidisse. Alterum exemplar litterarum suarum ad epum Torcellanum (Dolfin) datarum ei mittit. Certiorem eum facit primatem (Uchański) comitia convocationis ad diem 24 VIII indixisse et multorum palatinatum nuntios se illuc turmatim conferre statuisse. Arbitratur dilationem comitiorum ad mensem Septembrem causae regis utilem esse posse. Aepi (Uchański) in rebus gerendis constantiam laudat. Nuntiat se proxime futura hebdomada epo Vladislaviensi (Karnkowski) et Cracoviensi (Krański) obviam iturum esse; legatos Tartarorum Cracoviam venisse, nuntium de incursione in Moscovitas facta portantes et dona poscentes; milites, quibus promissa stipendia non sint persoluta, in aliquot capitaneatibus depraedari coepisse; in Livonia aliquos famulos Ioannis Chodkiewicz trucidatos esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 117r-119r. In f. 120v inscriptio, vestigium sigilli.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 30r-31v.

- **Ed.:** Wierzbowski VL, p.69-72 et Welykyj I, p. 73-74 (fragmentum).

Ill.mo et Rev.mo Monsignore etc.

Ho ricevuta la lettera di V.ra Signoria Ill.ma di 26 di Giugno<sup>905</sup> et non ho mancato mostrar al Sig. Laski l'articolo che conteneva la gratia dela compositione concessa a istanza sua da N.ro Signore<sup>906</sup> et insieme il paterno affetto di Sua Beatitudine verso di lui. Il quale, sì come n'è rimaso sommamente sodisfatto, così mostra un desiderio estremo di voler impiegar la persona sua et de' suoi a servizio di Sua Santità et dela Sede Apostolica. Et prima gli havea presentato il breve<sup>907</sup>, sopra il quale m'ha risposto che egli vorrebbe havere occasione di mostrare a N.ro Signore il servizio che potrebbe far a tutta la Christianità in tempo che si facesse una liga contra il Turco. Et in questo havendo io lodata la intentione et il valor suo, li ricordai che in breve

<sup>905</sup> Cfr. N. 120.

<sup>906</sup> Cfr. N. 108 et 120.

<sup>907</sup> Agitur de brevi 19 VI 1574 dato (cfr. N. 115 notam 796).

si potria sperare tal commodità, se la Polonia si conservasse unita con la Francia sotto il Re Henrico. Et in questo, dopo lungo ragionamento, si confermò grandemente in continuare la divotione verso di Sua Maestà. Et veramente, per quanto mi vien affermato di buon luogo, il nome suo è apprezzato et temuto assai dal Turco et dai Tartari.

De gli altri brevi vo valendomene secondo l'occorrenze. Et crederei per le cose che potrebbero succedere che fosse molto a proposito haverne uno per la Signora Infante<sup>908</sup>, la quale qui è honorata da tutti con titoli di Maestà et di Serenità et il Re medesimo le dava dela Serenità.

[117v] Quanto ala lettera scritta di man propria di N.ro Signore al Re, per la mia di 26 di Febraro, dela quale V.ra Signoria Ill.ma con la sua deli 3 d'Aprile mi dette aviso dela ricevuta, io le scrissi già di haverla presentata a Sua Maestà nela prima udienza che io hebbi privatamente<sup>909</sup>.

Mando con questa il duplicato di quello che ho scritto per un foglio a parte a Monsignor di Torcello<sup>910</sup>, a cui ho, per sua maggior informatione, anche inviato la copia di quanto si conteneva in questa ultima cifra di V.ra Signoria Ill.ma<sup>911</sup>.

Mons. l'Arcivescovo<sup>912</sup> finalmente è condesceso, per conservar l'autorità del primato, di mandar in questa assenza del Re ad intimar per tutte le provincie la convocatione generale il giorno di San Bartolomeo in Varsavia<sup>913</sup>. Et l'haveria già, secondo l'avvertimento datoli, differita più in là, ma non s'è potuto, perché di già i Senatori qui prima, et poi li conventi deli Palatinati di Cracovia et di Sendomiria<sup>914</sup>, havevano statuito il tempo. Ma circa il luogo, come che havessero proposto Lublino o Parzovia<sup>915</sup>, nondimeno non hanno potuto contradire ala Polonia Maggiore et a Massoviti che volsero Varsovia per vigor del decreto di Sigismondo Agosto<sup>916</sup>. Fino ad hora si sono dichiarati cinque Palatinati di voler far mostre, tre dela Polonia Minore, ciò è Cracovia, Sendomiria et Lublino, et due dela Maggiore, ciò è Siradia et Lancicia. In Siradia, per non esser tutti d'accordo, è occorsa, per quanto dicono, la [118r]

<sup>908</sup> Huiusmodi breve datum erat 4 IX 1574 (reg. AV, Arm. 44, ms. 22 f. 256v-257r). Mandatum card. Gallii, ut illud conficiatur "cum commendatione nuntii Poloniae", invenitur in AV, Arm. 52, ms. 31 f. 88r-v. De eius expeditione vide N. 148.

<sup>909</sup> Agitur de brevi Gregorii XIII ad regem Henricum Valesium 27 II 1574 dato (cfr. N. 73). De eodem brevi regi tradito et a rege recepto vide N. 84 et 93.

<sup>910</sup> Vide litteras ad nuntium Vindobonensem Ioannem Dolfin in N. 132.

<sup>911</sup> Vide N. 120.

<sup>912</sup> Uchański.

<sup>913</sup> 24 VIII. De animo huiusmodi comitia convocandi scripserunt senatores regi Henrico iam 7 VII 1574 (cfr. exemplum litterarum senatus in collectione card. Ioannis Francisci Commendone servatum, AV, Nunz. Pol. 9 f. 288r, ed. - ex alio apographo - Noailles III, p. 602).

<sup>914</sup> De his conventibus vide N. 128.

<sup>915</sup> Lublin vel Parzew, cfr. N. 118.

<sup>916</sup> Sigismundus Augustus in comitiis unionis a. 1569 Lublini celebratis stabilem sedem et locum comitorum regno Poloniae et magno ducatus Lithuaniae communium Varsaviae constituit (cfr. A. Sucheni-Grabowska, *Sejm w latach 1540-1587* [De comitiis a. 1540-1587], in: *Historia sejmu polskiego* [Historia comitorum Polonorum], T. 1: *Do schyłku szlacheckiej Rzeczpospolitej* [usque ad occasum Reipublicae Nobilium], red. Jerzy Michalski, Warszawa 1984, p. 179.

morte di alcuni gentiluomini. Il Sig. Laski per buon rispetto non ha voluto andarvi. Degli altri Palatinati dela Polonia Maggiore non s'è ancora inteso altro. Et si crede che si rimetteranno al convento loro generale di Colo, che si farà a 10 di questo. Li Massoviti si son dichiarati ancor essi di voler andar turmatim ala convocatione; et mostrano affettione verso il Re, ma i Lituani et li Prussi affermano di haver solo a mandar li Nuncii Terrestri. Et con questa buona volontà de Massoviti (s'ella non muta) si potria sperare che le cose procederiano manco tumultuariamente et li Ecclesiastici haverebbono occasione di trovarsi presenti.

Hor essendo verisimile che tutte le provincie, et massime la Lituania non sara[nno] a tempo, se la convocatione si differisse insino a Settembre, si faria acquisto grande in servizio del Re et del publico, imperoché in tanto potria facilmente comparire qualche risoluzione degna dela pietà et buona intentione di Sua Maestà, che quieteria grandemente il popolo. Sopra di che n'ho già avvertito molti Signori principali, et in particolare Mons. l'Arcivescovo, la cui osservanza verso la Sede Apostolica et la Santa Religione va tuttavia cotinuando con molta constantia, sì come ho compreso non solo dala lettera che mi ha ultimamente scritto, ma ancora dal gentiluomo suo che me l'ha portata, il quale m'ha assicurato che il detto Signore eseguirà tutto quello che le sarà ricordato in nome di N.ro Signore. Et affine che la Signoria V.ra Ill.ma possa meglio conoscer la sua buona [118v] perseveranza, non ho voluto lasciar con questa d'inviarle la sodetta lettera<sup>917</sup>.

Io, con l'aiuto di Dio, mi metterò in viaggio la settimana seguente per trovar l'Arcivescovo e nel cammino m'abbrocerò con Monsignor di Cuiavia<sup>918</sup> et forse col Vescovo di Cracovia, il quale è alquanto indisposto in un suo luogo lontano di qua circa 15 leghe<sup>919</sup>.

Li Tartari, dopo la rotta et la morte del Moldavo<sup>920</sup>, hanno mandato qui tre Ambasciatori per rallegrarsi di questa loro vittoria, far intendere che il lor Imperatore havea mandato alcuni suoi figliuoli con gran numero di cavalleria contra il Mosco, commune nemico, et dimandare il solito presente, con promessa di voler sempre conservare la pace con questo Regno, affermando che per questo rispetto non hanno voluto occupar et metter a sacco la fortezza de Coccin<sup>921</sup>, per non dar occasione ai soldati di entrar armati ai confini del Regno, dali quali la detta fortezza è lontana circa tre leghe. Hanno già esposto l'imbasciata in Senato. Et questi Signori per la doppia nuova, cioè è dela vittoria contra il Moldavo et dela guerra contra il Mosco, li daranno, secondo il costume, doppie vesti, cioè è di velluto et damasco cremesino, con l'aggiunta di tanto panno rosso che basti a vestire 17 loro servitori, et li faranno

<sup>917</sup> Litterae aepi Uchański ad nuntium ad nostrum tempus non pervenerunt.

<sup>918</sup> Karnkowski.

<sup>919</sup> Franciscus Krasinski in domicilio eporum Cracoviensium in Bodzetyń tum commorabatur.

<sup>920</sup> De clade et morte Ioannis III, palatini Moldaviae vide N. 128.

<sup>921</sup> Chocim ad Tyram (Dniestr).

accompagnar et spesar insino ai confini, con isperanza di sodisfare poi al presente ordinario con più commodità.

[119r] In Russia li soldati che havevano servito nel'Interregno, non potendo haver una parte dela paga promessa loro a San Giovanni<sup>922</sup>, hanno occupati alcuni capitanati, senza però haver fatto male ale persone. Et in Livonia i popoli hanno amazzati parecchi soldati del Sig. Cotquevisci, Governatore di quella Provincia<sup>923</sup>, il quale non è per ancora risoluto dover andar a questa Convocatione per nemicitia. Nel rimanente non v'è, per la gratia di Dio, altro male che sospetto. Et quanto ai vicini che s'haveriano a temere, vo tuttavia confermandomi nela medesima openione, ciò è che in questa assenza del Re essi non habbiano a far motivo alcuno contra il Regno. Con che bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma etc. Di Cracovia, ali 3 d'Agosto 1574.

(a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor  
il Vescovo del Mondevi<sup>a</sup>)

Con quattro carte di cifra<sup>924</sup>.

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

### N. 131.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 3 VIII 1574.

*Mittit transumptum litterarum suarum ad epum Torcellanum (Dolfin) de futura electione Polona, si ad eam deveniretur, datarum et nuntiat Lithuanos Moscovitae (Ioanni IV) favere eiusque oratores prope Vilnam hospitio excipere; indicat commoda, quae ipsorum iudicio electio eius allatura sit: Moscoviae ad religionem catholicam conversionem et virium christianarum adversus Turcam corroborationem.*

**Decifr.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 121r, 123v-124v (ad N. 130 adiunctum; cifra originalis deest).

<sup>922</sup> 24 VI.

<sup>923</sup> Ioannes Chodkiewicz fuit gubernator Livoniae ab a. 1566.

<sup>924</sup> Cfr. N. 131.

Reg.: AV, Nunz Pol. 10 f. 32r, 33v-34r.

Ed.: Wierzbowski VL, p. 72, 75-76.

### Cifra del Nuntio di Polonia del 3 d'Agosto 1574

Per evitar pericoli che ci soprastano dela elettione di qualche Piasto, la quale s'ha grandemente a temere in questa Convocatione tumultuaria, mi è parso convenevole di proporre al Nuntio Torcello<sup>925</sup> l'infrascritto modo, il quale, con giovamento dela religione cattolica et del Regno, potria satisfare al'Imperatore<sup>926</sup> et non dovria essere discaro al Re Christianissimo<sup>927</sup>, sì come V.ra Signoria Ill.ma considererà con la solita prudenza sua dala scrittura che segue. [*Sequitur textus epistulae nuntio Ioanni Dolfin missae, cfr. N. 132*].

Et questo è il fine di quello che si è scritto a Mons. di Torcello, con che non lascerò di dire a V.ra Signoria Ill.ma che i Lituani, perché sariano li primi a sentire i danni del Moscovita<sup>928</sup>, procurano diligentemente [124r] trattener quel Principe con speranza. Et di già per sicurezza del paese hanno con carezze a spese proprie sin'ad hora fatto ritardare li tre Ambasciatori del Moscovita, li quali dopo la elettione del Re di Polonia, per la opinione che si haveva che il detto Re, non volendo o non potendo venire in Polonia, rifiutera il Regno, erano - avanti che il Re vi arrivasse - già venuti con 300 cavalli<sup>a)</sup> a persuasione de' Lituani in quella Provincia con il salvocondutto del Senato, perché potessero, in caso di nuova elettione, continuare le pratiche in persona del lor Principe. Et perché vi stessero più volentieri, hanno per lor dimora havuto un luogo molto abbondante et <sup>b)</sup>poco lontano da Vilna dala banda dela Moscovia<sup>b)</sup><sup>929</sup>.

Hora eccettuati li grandi, li quali, havendo li stati<sup>c)</sup> et l'entrate, non vorranno mai un vicino così potente per loro Re, c'è opinione che la maggior parte del popolo facilmente acconsentirà al Moscovita, il quale, quando per servitio dela Christianità et per salute et grandezza sua si disponesse et promettesse di vivere sotto l'obedienza di N.ro Signore et lasciar il rito Greco et abbracciare il nostro, s'havria da desiderare, perché con la aggiunta di questo Regno, di cui egli in breve ne diventera padrone a fatto, havria il modo di ruinare il Turco. Et massime che esso è, come dicono, di età di 45 anni in circa<sup>930</sup>, allevato et sperimentato nel'arte dela guerra [124v] et avvezzo con

<sup>925</sup> Ioannes Dolfin.

<sup>926</sup> Maximilianus II.

<sup>927</sup> Henricus Valesius.

<sup>928</sup> Ioannes IV "Terribilis".

<sup>929</sup> Munere oratorum functi sunt: vicegerens (namestnik) Ioannes Gorodski, Michael Basilides Količev et notarius (diak) Petrus Iarsz Michailov. De eorum missione iam tempore primi interregni inchoata et commoratione in Lithuania (in Nowogródek) per tatam hiemem et tempus vernum ipse magnus dux Moscoviae Ioannes IV Basilides 15 VII 1573 Novogrodia et 20 VIII 1574 Tveria ad regem Henricum scribebat (litterae editae apud Przyboś-Zelewski DPP, p. 266 et Theiner AE I, p. 423-424).

<sup>930</sup> Magnus dux Ioannes natus erat a. 1530, cfr. Serczyk, p. 5.

molte vittorie ad esser assalitore et è nemico naturale non solo del Turco, ma ancora di tutti gli heretici<sup>d)</sup>.

a) Ita in registro. In decifr.: Moscoviti

b-b) In reg.: commodo, lontano da Vilna 19 leghe, dala banda dela Russia, chiamato Nowogrod [Nowogródek].

c) In reg.: l'honor

d) In reg.: nuovi heretici

## N. 132.

**Vincentius Lauro**

**Ioanni Dolfin, nuntio Vindobonensi**

[Cracoviae, 3 VIII 1574].

*Rogat, ut imperatori (Maximiliano II) promittat ac spondeat se, si ad novam electionem deveniretur, omnem lapidem moturum esse, ut archidux Ernestus rex Poloniae eligatur, quamvis regni proceres ei certo adversarii sint futuri, proventus publicos amittere timentes. Putat nihilominus electionem "Piasti" - Ioannis Kostka vel Nicolai Mielecki - primum divisionis, deinde occupationis Poloniae causam esse posse, cui unicum remedium esse censet electionem Ernesti, qui quam primum Cracoviam venire, infantem (Annam) uxorem ducere et auxilio adversariorum "Piasti" - praesertim Alberti Łaski et Ioannis Caroli Chodkiewicz - urbem occupare debeat; sin vero in comitiis convocationis Henricus regno spoliatus non esset, aliam occasionem exspectandam esse. Petit, ut cum haec ad imperatorem perscripserit - se et papam edoceat, quo animo ab illo accepta sint. Nuntiat se mox Lovicium ad colloquium cum aepe (Uchański) profecturum esse; Ioannem Leśniowski ex Lithuania nuntium attulisse de comitiis convocationis a palatino Vilnensi (Nicolao Radziwiłł "Rufo") ad diem 24 VIII in loco Miadziół nuncupato intimatis, eamque rem inter palatinum et Chodkiewicz, cui prout marescalco ius competat eiusmodi conventus intimandi, simultatem quandam peperisse.*

**Cop.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 121r-123v (transumptum in litteris decifratiss nuntii ad card. Gallio, cfr. N. 131).

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 32r-33v (transumptum, ut supra).

**Ed.:** Wierzbowski VL, p. 72-75.

Havendo V.ra Signoria inteso tutto quello che per ordine di Nostro Signore mi è stato ultimamente comandato per servitio dell'Imperatore<sup>931</sup>, si

<sup>931</sup> Maximilianus II, cfr. N. 120, 124, 127.

contenti render sicura Sua Maestà che io spero, con la gratia di Dio, haver in questo ad eseguire il comandamento di Sua Santità in modo che la Maestà Sua non havrà occasione di desiderare in me né diligenza, né fede maggiore.

Ben m'incresce che il negotio per se stesso apporti difficoltà grande, imperoché il Re Christianissimo s'è mostrato inclinato a voler ritenere il Regno, et non dovendo io far cosa che apporti disturbo alcuno al servizio suo, mi conviene procedere con desterità tale che non potendosi conservare il Regno per la Maestà Sua Christianissima et, per conseguente, havendosi a creare nuovo Re di Polonia, la elezione si procuri in persona del Principe Hernesto.

Hora in questo non lascerò di avvertire V.ra Signoria che [121v] qui li Signori principali per la maggior parte attendono al proprio interesse. Et percioché hanno occupate quasi tutte l'intrate pubbliche et al Re di Polonia non resta più il modo di vivere, temeranno grandemente la persona del Principe Hernesto, la quale, con l'appoggio dell'Imperatore, sì come potria apportare gran giovamento a tutto il Christianismo, per le cose del Turco, così sarà potente, et maxime col matrimonio dela Ser.ma Infanta<sup>932</sup>, di ricuperare le entrate ingiustamente donate a particolari, ovvero occupate da loro. La moltitudine, poi, ordinariamente va dietro ale persone grandi et popolari, tra le quali quelle che principalmente aspirano al Piasto sono i Palatini di Sandomiria, cattolico, et di Podolia, neutrale. Già nell'ultimi Comitii deli Palatinati di Cracovia et di Sandomiria s'è havuta questa mira<sup>933</sup>.

Ma in qualunque modo che riesca, con Piasto - o cattolico o heretico che sia - il Regno et la Religione corre grandissimo pericolo di manifesta ruina, imperoché ne succederebbe necessariamente divisione o dismembratione, per la quale si daria occasione al Turco o al Moscovita, o vero ad amendue, di occupare in breve o il tutto, o la parte più vicina. Sopra di che non trovandosi per avventura altro modo di poter rimediare al danno irreparabile che al Regno et, per conseguenza, a tutta la Christianità ne seguiria dala [122r] elezione di un Piasto, che con la persona del Principe Hernesto, il Re Christianissimo, il quale, per la sua lontananza, perderebbe al tutto la speranza di poter mai più ricuperare questo Regno, dovrà per il ben publico et per sua riputatione, affinché non si dica di esser stato cagione di così infelice successo, haver caro il Principe Hernesto. Per il che in caso dell'elezione d'un Piasto, la quale saria contra le leggi del Regno vivente il Re, faria di mestiero che il Principe Hernesto con certa resolutione del matrimonio con la Ser.ma Infanta, se ne venisse incontanente ben accompagnato in Cracovia et qui, con dispensa di N.ro Signore, sposasse la detta Infanta, la quale con la intelligenza del Palatino di Cracovia, nemico deli sodetti Piasti, del Vescovo di Chelma, del Can-

<sup>932</sup> Anna Jagellonica. De eius proposito matrimonio cum Ernesto vide N. 121.

<sup>933</sup> De Ioanne Kostka et Nicolao Mielecki regnum appetentibus et a dictis conventibus postulatis vide N. 128.

celliere del Regno<sup>934</sup> et d'altri Signori qui, dipendenti da lei, et in particolare del Palatino Laschi, s'impatroniria, insieme col Principe Hernesto, dela principal Città et fortezza del Regno. Et a questo, per conservatione dela Religione Cattolica, si acconsentieria l'Arcivescovo Gnesnense<sup>935</sup> et quasi tutto l'Ordine Ecclesiastico. Et crederei che con poca difficoltà si guadagneria il Cotcovicz<sup>936</sup> dala banda di Lituania, et maxime che egli è ancor nemico deli Piasti prefati. Et se il Laschi sarà aiutato con danari, [122v] havria il seguito di una gran parte deli soldati del Regno.

Con il quale mezzo si procederia ala elettione et ala coronatione. Et riusceria il tutto senza gran difficoltà. Et basteria che il Principe Hernesto havesse 10 mila cavalli di suoi, perché il Laschi et gli adherenti dela Infanta, purché habbia a tempo il denaro, havria in breve cosi numero di cavalli, che la parte contraria non potria in modo alcuno difendersi, etiamdio per pochi giorni imperoché qui è grandissima carestia di denari et la nobiltà è tanto esausta che non potrà né vorrà regger la spesa in favor d'un Piasto, dala cui elettione s'ha da credere che ne seguirà per la maggior parte un subito sdegno et pentimento. L'importanza di questo negotio consisteria nela celebrità, imperoché quando s'interponesse qualche dilazione, oltre gli altri impedimenti che possono occorrere, il Gran Turco per suo interesse piglieria la protezione del Piasto contra l'Imperatore. La quale cosa esso non tratteria dopo la essecutione del fatto; et quando pur la tentasse, non s'haveria a temere. Ma in caso che nela detta convocatione non si procedesse a nuova elettione et si prendesse deliberatione di mandare Ambasciatori in Francia, bisognerà aspettare la resolutione del Re Christianissimo o altro successo che avvenisse [123r] per valersi poi dele occasioni.

Hora V.ra Signoria, havendo compreso il tutto, dovrà con la prudenza sua comunicare a Sua Maestà Cesarea quello che le parerà convenevole et poi avvisarmi dela resolutione. Et di questo, quando il tempo lo permetta, perché la convocatione si potria forse differire et incominciare al mese di Settembre, si havria prima a far intendere il tutto a N.ro Signore per eseguir poi l'ordine di Sua Santità. Per il che potrà V.ra Signoria, secondo l'occorrenza, risolversi di darne avviso, se fia di bisogno, per corriere espresso a Sua Santità.

Io son sollecitato dal'Arcivescovo Gnesnense d'andar a trovarlo, havendomi esso data speranza che eseguirà al tutto la volontà di N.ro Signore. Per tanto non posso mancare di partirmi, forse fra pochi dì, verso Lovicio di dove potrei presto ritornare in Cracovia.

E' venuto di Lituania un servitore del Lisnoschi<sup>937</sup>, il quale afferma per cosa certa che il Palatino di Vilna, heretico<sup>938</sup>, et alcuni altri Signori congre-

<sup>934</sup> Palatinus Cracoviensis Petrus Zborowski, epus Chelmensis Adalbertus Starożrebski et magnus cancellarius Valentinus Dembiński.

<sup>935</sup> Iacobus Uchański.

<sup>936</sup> Ioannes Chodkiewicz.

<sup>937</sup> Ioannes Leśniowski.

<sup>938</sup> Nicolaus Radziwiłł "Rufus".

gati in quella città<sup>a)</sup>, havevano intimata una loro convocatione generale il giorno medesimo di Santo Bartolomeo in Lituania, in una terra chiamata Miedzialno<sup>b)939</sup>, di là da Vilna 18 leghe. Et perché questo è con pregiudicio del Cotcovicz, [123v] al quale come gran contestabile<sup>c)</sup> di Lituania apparteneria far simili intimationi, ancorché siano contra le leggi del Regno, il detto Cotcovisci, che si trovava in uno suo castello lontano 15 leghe da Vilna<sup>940</sup>, s'è avviato là per risentirsi del torto fattogli et riparare al disordine, ma l'opinione è che il Palatino di Vilna lo ritirerà dala banda sua, sì per essere potente assai et sì perché con questa via si spargerà voce di qualche sospetto del Moscovita, per il quale si metterà una contributione a tutta la Lituania per mantenere i soldati a sicurezza dela Provincia et ciascuno sarà pertecipe dell'utile.

Se questa nuova è vera, si può temere che il Palatino di Vilna favoriria la elezione del Laschi, sì per essergli parente<sup>941</sup> et amico grande et sì perché havria speranza quasi certa di occupare la Lituania. Egli è astutissimo et facilmente potrà opprimere il Cotcoviz. Sopra di che non ho mancato di mettere in considerazione del detto Sig. Lisnoschi, suo cognato, il pericolo, affinché ne ammonisca il Cotcoviz di haver cura dela salute del Regno et dela sua medesima.

a) Ita in registro. In decifr.: di Vilna

b) Ita in registro. In decifr.: Miedcontalar[?]

c) In reg.: Maresciallo

### N. 133.

**Vincentius Lauro**  
**Stanislao Kitecki a Zwoleń,**  
**rectori parochialis ecclesiae in Czernichów**

Cracoviae, 5 VIII 1574.

*Nuntiat se ei, cum melius aliis concurrentibus debitum examen sustinuerit, paroeciam Czernichów, post mortem Stanislai Słyszyski mense Iulio, constitutione Gregorii XIII Sedi Apostolicae reservato, vacantem, conferre et permittere, ut capellaniam s. Lazari in ecclesia s. Mariae Magdalenae Cracoviensi simul retineat et presbyteratus ordinem, non obstante oculi defectu, suscipiat. Irritos et inanes decernit omnes actus contrarios, praesertim ius praesentationis, quod alias abbati Tinicensi et - pro hac vice tantum - regi Poloniae competit.*

939 Agitur verisimiliter de loco Miadiel (Polonice Miadziół).

940 Bona hereditaria gentis Chodkiewicz: Mysz, Szklów et Bychów prope Nowogródek sita erant.

941 De cognatione Łaski cum Nicolao Radziwiłł "Rufo" nobis non constat.

Vincentius *etc.* [ut in N. 74], dilecto nobis in Christo Stanislao Kitheczkio a Zwolen, Rectori parochialis Ecclesiae loci Czecniechow, Cracoviensis Dioecesis<sup>942</sup>, salutem in Domino sempiternam.

Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno, etiam dilecti nobis in Christo Officialis Cracoviensis<sup>943</sup>, te a tribus examinadoribus per nos (cum nulli, sicut esse deberet, in synodo dioecesana Cracoviensi, iuxta formam Concilii Tridentini adhuc designati sint)<sup>944</sup> ad hoc secum deputatis, in concursu aliorum examinatum, et prae caeteris concurrentibus magis ad hoc idoneum esse attestantis, testimonio commendaris, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

Dudum siquidem Ss.mus Dominus Noster Gregorius Papa XIII omnia beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, ex tunc usque ad certum tunc expressum tempus in Iulii et certis aliis etiam tunc expressis mensibus, extra Romanam Curiam alias quam per resignationem vacatura, collationi et dispositioni suae reservavit, decernens extunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter contingeret, attentari<sup>945</sup>.

Cum itaque postmodum parochialis Ecclesia loci Czecniechow, Cracoviensis Dioecesis, ad quam, dum pro tempore vacat, praesentatio personae idoneae per loci Ordinarium ad praesentationem huiusmodi instituendae, ad Ser.mum Principem Poloniae Regem et Abbatem ac simul Conventum Monasterii Thinecensis, Ordinis Sancti Benedicti, dictae dioecesis, etiam pro tempore existentes, alternatis vicibus, hac autem vice non ad ipsum Regem, sed alioquin ad dilectos nobis in Christo modernos eiusdem Monasterii Abbatem et Conventum, spectare et pertinere asseritur; necnon quam quondam Stanislaus Slyszyn[s]ki, olim illius Rector, dum viveret, obtinebat, per obitum dicti Stanislai, qui tempore praedicto nondum elapso extra dictam Curiam de mense Iulii proxime praeterito diem clausit extremum, extra eandem Curiam et infra limites legationis nostrae vacaverit et vacet ad praesens, nullusque de illa (quatenus dicta praesentatio ad ipsos Abbatem et Conventum hac vice, tu praefertur, pertineat) [25r] praeter eundem Ss.mum Dominum Nostrum aut ab eo sufficienti facultate suffultum hac vice disponere potuerit sive possit, reservatione et decreto obsistentibus supradictis,

<sup>942</sup> Czernichów ad Vistulam fluvium, 11 km a monasterio Tinecensi OSB distans.

<sup>943</sup> Martinus Izdbieński.

<sup>944</sup> Decretum Concilii Tridentini (sessio XXIV, can. 18 de reformatione) iniungebat, ut episcopi saltem tres examinadores constituerent, qui de idoneitate promovendorum ad beneficia parochialia certiores eos facerent (cfr. *Concilium Tridentinum* IX, p. 986).

<sup>945</sup> Cfr. constitutionem "Cupiens pauperibus clericis", 26 VII 1572 datam (ed. *Bullarium sive collectio diversorum constitutionum a Gregorio VII usque ad Sixtum V*, Romae 1586, p. 1199-1200).

nos, ad infrascripta per Sanctae Sedis Apostolicae litteras sufficienti facultate muniti, tibi, Diacono dictae dioecesis, asserenti dudum tecum tunc in quatuor minoribus ordinibus constituto, ut defectu oculi dextri, quem nulla ex tua culpa, sed gravi aegritudine, qua tu ad eosdem minores ordines iam rite promotus, secundo abhinc anno vehementer laborasti, proveniente pateris, non obstante, ad sacros etiam praesbiteratus ordines rite promoveri valeres, apostolica auctoritate dispensatum, ac te dispensationis huiusmodi vigore ad sacros Subdiaconatum et Diaconatum ordines rite promotum fuisse, necnon perpetuam Capellaniam ad Altare Sancti Lazari, situm in Ecclesia Sanctae Mariae Magdalenae Cracoviensi, quae sine cura existit et personalem residentiam non requirit, ac cuius fructus, redditus et proventus sex ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annum non excedunt, canonice tibi collatam obtinere, praemissorum meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, parochialem Ecclesiam praedictam, cuius et illi forsann annexorum fructus, redditus et proventus quadraginta ducatorum similium, secundum extimationem praedictam, valorem annum, <sup>(a-ut etiam asseris<sup>a</sup>)</sup>, non excedunt, si ve praemisso, si ve alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscunqne persona vacet, dummodo tempore datae praesentium non sit in ea alicui specialiter ius quaesitum, cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus et pertinentiis suis, auctoritate apostolica nobis specialiter attributa tibi conferimus et de illa etiam providemus. Decernentes, prout est (si dicta praesentatio ad Abbatem et Conventum eosdem, et attemptatum forsann est hactenus, si vero ad Regem hac vice pertineat ex nunc) irritum et inane, si secus super his a quovis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit [25v] attemptari.

Quocirca dilectis nobis in Christo Stanislae Dambrowski et Sigismundo a Stęzicza, Canonicis Maioris Ecclesiae Cracoviensis<sup>946</sup>, ac dicto officiali Cracoviensi per praesentes mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus ipsorum per se vel alium seu alios, te vel procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem parochialis Ecclesiae et annexorum iuriumque et pertinentiarum praedictorum inducant auctoritate praefata et defendant inductum, amoto exinde, si dicta praesentatio ad Abbatem et Conventum praemissos quolibet, si vero ad Regem hac vice, ut praefertur, pertineat, illicito detentore, facientes tibi de Eccelsiae et annexorum eorundem fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate praedicta, appellatione postposita, compescendo.

<sup>946</sup> Sigismundus de Stęzycza († 1582), IUD, Universitatis Cracoviensis novies rector.

Non obstantibus foelicis recordationis Bonifacii Papae VIII ac aliis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in istis partibus speciales vel generales dictae Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum.

Quibus omnibus te in assecutione dictae parochialis Ecclesiae volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem beneficiorum aliorum praeiudicium generari, seu si Rev.do in Christo Patri Epo Cracoviensi ac dictis Abbati et Conventui, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in litteris nostris mentio specialis. Nos enim tecum, ut dictam Ecclesiam recipere, necnon etiam cum dicta [26r] Capellania retinere libere et licite valeas, defectu et aliis praemissis caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, dicta autoritate tenore praesentium de specialis dono gratiae dispensamus. Datum Cracoviae, Anno Incarnationis Dominicae, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Nonis Augusti, Pontificatus Ss.mi Domini Nostri anno tertio.

Vincentius, Episcopus Montisregalis etc.  
omnino gratis.

<sup>a-a)</sup> *Adscriptum in margine manu Iosephi  
Monachi, cancellarii nuntii.*

**N. 134.**

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 7 VIII 1574.

*Mandat ei, ut iterum audiat testes in causa de suspicione simoniae contra abbatem Lubinensem (Lucam Koscielecki), nominatum regium ad dioecesim Premisliensem, cum documenta hactenus missa non sufficiant.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 466r-v. In f. 469v inscriptio, vestigium sigilli, summarium et adnotatio: "Havuta in Varsavia ali 4 d'Ottobre".

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 172r-173r. Ibidem in f. 177r-v opinio cuiusdam periti proponentis, ut ad nuntium mittatur epistula, cuius argumentum cum praesentibus litteris omnino concordet.

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

Si hebbero a di passati le scritte mandate da V.ra Signoria, nele quali si trattava di defendere l'Abbate Lubinense da l'oppositione fattali d'haver incorsa publica simonia<sup>947</sup>. Et dopo esser state, per ordine di N.ro Signore, molto diligentemente considerate, si è giudicato non esser tali che levino questa diffamazione, fatta contra detto Abbate, percioché la fede, che lui stesso fa del fatto, non prova cosa alcuna come testimonio in causa propria. La scrittura ancora del Marescalcho<sup>948</sup> patisce eccezione per esser lui parente de l'Abbate et mediatore, et solo nel suo detto. In oltre l'attestatione del Secretario non è d'alcuno rilievo, perché contiene una interpretatione direttamente contraria ala proprietà et significatione dele parole che si trovano scritte neli libri deli suoi conti, neli quali ha affermato d'haver ricevuti quelli denari congiuntamente da esso Abbate et da quel Sig. Alberto<sup>949</sup>, et non dal solo Sig. Alberto, come lui [466v] poi ha interpretato. Talché più presto si può dire che la scrittura d'esso Secretario provi contra l'Abbate. Al quale anco obsta grandemente le verisimilitudine che, essendo la somma notabile di denari, il Marescalcho non l'abbia pagata senza mandato, o scientia, o permissione di esso l'Abbate, o almento senza dargliene prima aviso, tanto più che l'Abbate non era molto lontano dal luogo, ove fu fatto il pagamento.

Per tanto N.ro Signore, havuta relatione di tutte queste cose, ha ordinato che si usi maggior diligenza per inquirere et ritrovare la verità di tal fatto. Et a questo fine ha fatto formare alcuni capitoli che saranno qui inclusi<sup>950</sup>, acciò V.ra Signoria faccia far l'essamine che bisogna, secondo che in essi si contiene, et poi lo riduca in forma authentica, et sigillato lo mandi qua. Il che essa essequirà con la solita prudenza et diligenza sua.

Buon pezzo fa non habbiamo lettere di V.ra Signoria. Il che so non deve procedere da altro che dala difficultà del mandarle. V.ra Signoria attenda a conservarsi sana, [469r] come io me le offero et raccomando con tutto il core. Di Roma, ali VII d'Agosto MDLXXVIII.

Di V.ra Signoria molto Rev.da

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
il Cardinale di Como-<sup>a</sup>)

a-a) *Autographum.*

<sup>947</sup> De eiusmodi scriptis pro Luca Kościelecki missis vide N. 101 (cfr. N. 93.)

<sup>948</sup> Andreas Opaliński.

<sup>949</sup> Cum acta processus ad dies nostros servata non sint, ignoramus, de quonam Alberto hic agatur.

<sup>950</sup> Vide A. 21.

**Vincentius Lauro**  
**Martino a Radomsko, praeposito collegiatae Sancti Nicolai**  
**extra muros Cracovienses**  
**ac Stanislao Dąbrowski et Matthiae Drzewicki,**  
**canonicis Cracoviensibus**

Cracoviae, 7 VIII 1574.

*Mandat eis, ut denuo cognoscant et examinent litem inter Albertum Skorek, parochum in Wilczyska, et Marcum Piotrak, parochum in Podole, de decanatu Sandecensi intercedentem, in qua iudex 2<sup>ae</sup> instantiae a metropolitano Iacobo (Uchański) deputatus sententiam tulit dictum Skorek infamantem, is autem ad nuntium appellavit.*

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 23r-24r.

Vincentius etc. [ut in N. 74], dilectis nobis in Christo Praeposito Collegiatae Sancti Nicolai extra muros Cracoviensis<sup>951</sup>, et Stanislao Dambrowski ac Matthiae Drzewicki, Canonicis maioris Cracoviensis Ecclesiarum<sup>952</sup>, [23v] salutem in Domino sempiternam.

Iniunctum nobis (meritis licet imparibus) ex Apostolicae Sedis benignitate legationis officium peragere credimus, si ad ea totis viribus incumbamus, per quae ius suum unicuique illaesum conservetur. Sane dilectus nobis in Christo Albertus Skorek, Rector parochialis Ecclesiae in Wylczyska<sup>953</sup>, Cracoviensis dioecesis, nobis nuper exponi fecit, quod alias lite et causa inter se ex una, et dilectum nobis in Christo Marcum Pyotrak, (<sup>a</sup>-Rectorem Ecclesiae-<sup>a</sup>) oppidi seu loci Podoliae<sup>954</sup> dictae dioecesis, ex altera partibus, de et super Decanatu saecularis et Collegiatae Ecclesiae Sandecensi eiusdem dioecesis, quem quilibet eorum ad se (<sup>a</sup>-de iure-<sup>a</sup>) spectare asserebat, aut illius possessorio rebusque aliis in actis causae huiusmodi latius deductis et deducendis, ac illorum occasione coram Iudice per Rev.dum in Christo patrem Iacobum, Archiepiscopum Gnesnensem, loci Metropolitanum<sup>955</sup>, deputato in prima seu ulteriore, (<sup>a</sup>-non tamen tertia-<sup>a</sup>), instantia pendente, praefa-

<sup>951</sup> Martinus a Radomsko († 1597), IUD, praepositus collegiatae s. Nicolai ab a. 1573.

<sup>952</sup> Stanislaus Dąbrowski et Matthias Drzewicki.

<sup>953</sup> Wilczyska, pagus 25 km ad orientem a Nowy Sącz distans.

<sup>954</sup> Podole Górowa, pagus 20 km ad septemtrionem a Nowy Sącz situs.

<sup>955</sup> Uchański.

tus Iudex in causa ipsa perperam procedens, sententiam diffamationis protulit in dicti Marci favorem.

Cum autem (sicut eadem expositio subiungebat) ipse Albertus sentiens a dicta sententia sese plurimum gravari, ad nos appellaverit pro parte eiusdem Alberti nobis humiliter supplicatum fuit, ut causam appellationis huiusmodi aliquibus probis viris, in dignitate Ecclesiastica constitutis, in partibus istis committere dignaremur, nos igitur, ad infrascripta per dictae Sedis litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate muniti, et iustitiam unicuique ministrari synceris desiderantes affectibus, vobis et vestrum cuilibet per praesentes committimus et mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, causam et causas appellationis huiusmodi ac nullitatis, iniquitatis et iniustitiae dictae sententiae attentatorumque et innovatorum quorumcunque, quam et quas dictus Albertus super praemissis habet et movet habereque et movere vult et intendit contra et adversus dictum Marcum, omnesque alios, sua communiter vel divisim in praemissis quomodolibet interesse praetendentes, una<sup>a)</sup> cum toto negotio principali, omnibusque et singulis earum incidentibus, emergentibus, annexis et connexis, etiam summarie, [24r] simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, sola veritate inspecta, audiendas, cognoscendas et fine debito terminandas. Nos enim vobis et vestrum cuilibet dictum Marcum et alios quoscunque in examinatione citationis etc. [ut in N. 96].

Datum Cracoviae, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, septimo Idus Augusti, Pontificatus Ss.mi Domini N.ri Gregorii Papae XIII anno tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis etc.  
omnino gratis.

<sup>a-a)</sup> *Adscriptum in margine manu Iosephi  
Monachi, cancellarii nuntii.*

N. 136.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallo**

Cracoviae, 10 VIII 1574.

*Significat se 3 VIII litteras ad eum misisse et pro probatione actorum suorum in novissimis litteris eius 3 et 10 VII datis expressa gratias agit. Laudat consilium papae nepotes: cardinalem Sancti Xysti (Philippum Buoncompagni)*

*legatum ad regem (Henricum) nominandi et Philippum Guastavillani ad dignitatem cardinalis promovendi.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 125r-v. In f. 128v inscriptio, vestigium sigilli.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 34r-v.

**Ed.:** Wierzbowski VL, p. 76.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

Con l'ultima mia deli 3 di questo detti aviso ala Signoria V.ra Ill.ma de le occorrenze di qua<sup>956</sup>. Ho poi ricevute le lettere di lei deli 3 et deli 10 di Luglio con li fogli a parte, dale quali havendo inteso l'ordine di N.ro Signore esser conforme a quello che fino ad hora s'è operato dal canto mio per le cose publiche<sup>957</sup>, me ne sono consolato assai, et mi sforzerò proseguire il medesimo al'avvenire con la diligenza che mi fia possibile, rendendo sicura V.ra Signoria Ill.ma che con l'aiuto divino, se non sarò sforzato dala violenza, non lascerò per le minacce di eseguire con degnità dela Sede Apostolica quello che conviene ala mia cariga, per servitio di Dio et dela Religione Cattolica; et quando me n'avenghi danno a quella parte, la quale a ogni modo ingressura est viam universae terrae, debbo sperare copiosissima ricompensa nel'altra, la quale non può morire.

La resolutione che N.ro Signore ha fatta in mandare Monsignor Ill.mo San Sisto legato al Re Christianissimo in questo suo viaggio per Italia<sup>958</sup>, si come sarà stata di satisfatione et contento grande a quel Prencipe di animo gratissimo, così dovrà senza dubio apportare non poco giovamento ale cose publiche, imperoché Sua Maestà, trovandosi in tante maniere obligata verso la Santità Sua, si potrà facilmente disporre nelli negotii principalissimi ad eseguire li ricordi di Sua Beatitudine. Ala quale il Signor Iddio ha fatta gratia che in honorare li Ill.mi Nipoti, viene ad esser veramente lodata di un gran temperamento d'animo, accompagnato di molta [125v] prudenza per il proprio merito dele persone, come hora avviene nel sodetto Sig. Cardinale San Sisto con la promotione di Mons. Ill.mo Guasta Villani<sup>959</sup>. Di che noi, ministri dela Sede Apostolica, siamo tenuti a rallegrarci grandemente, per la edificatione che si dà ai cattolici con serrar la bocca agli heretici.

<sup>956</sup> Cfr. N. 130, 131.

<sup>957</sup> Cfr. N. 124, 127.

<sup>958</sup> De legatione card. Philippo Buoncompagni ad Henricum vide N. 126.

<sup>959</sup> Philippus Guastavillani (1540-1587), Gregorii XIII ex sorore nepos, 5 VII 1574 cardinalis nominatus (cfr. Gulik-Eubel HC III, p. 45).

Il rimanente dele cose di qua sarà nel'accluso foglio. Con che bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma etc. Di Cracovia a 10 d'Agosto 1574.

(<sup>a</sup>-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et divotissimo servitor  
il Vescovo del Mondevi<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

N. 137.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 10 VIII 1574.

*Nuntiat epum Cracoviensem (Franciscum Krasinski) et alios non intendere legatos capitulorum ad convocationem mittere, se autem conatum esse eis persuadere, ut sententiam mutarent. Se nunc responsum eorum hac in parte exspectare, deinde ad aepum (Uchański) Lovicium proficisci cogitare, ibique constitutum iri, utrum ecclesiastici comitiis Varsaviensibus interfuturi sint necne. Significat infantem (Annam) Varsaviam profecturam esse; in conventu vero Srodensi - auctoribus castellano Gnesnensi (Ioanne Tomicki) et Abrahamo Zbąski - regem, aepum Uchański et epum Posnaniensem (Adamum Konarski) minaciter impugnatos esse. Sperat Varsaviae factionem catholicam fortiolem fore.*

**Decifr.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 126r-127r (adnexum litteris sub N. 136).

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 35r-v (cum paucis differentiis verbalibus).

**Ed.:** Wierzbowski VL, p. 77-78.

(<sup>a</sup>-Cifra del Vescovo del Mondevi<sup>a</sup>)

Il Vescovo di Cracovia<sup>b</sup>)<sup>960</sup> ha scritto<sup>c</sup>) a questo suo Capitolo che non era bene che nomine publico si mandasse Canonico alcuno ala Convocatione, adducendo che se ne potria ricever danno senza speranza di profitto. Et pare che ala medesima openione inclinano volentieri gli altri Vescovi, forse per timore et per evitare la spesa. Et massime che saranno costretti, per sicurezza

---

<sup>960</sup>Franciscus Krasinski.

loro, mettersi in ordine da comparire ben accompagnati. Per il detto rispetto mi sono hoggi valsuto con il detto Capitulo del breve di N.ro Signore<sup>961</sup>, ingegnandomi di persuaderlo esser necessario che havendo essi in tutte le occorrenze conservata la auctorità et la constantia debita di difendere la Religione Cattolica et la giurisdittione ecclesiastica, dovriano hora nel maggior bisogno mostrare il loro santo zelo, imperoché, oltre le cose publiche, res etiam ipsorum agitur. Et affinché la legatione sia di maggior auctorità, fu posto loro in consideratione che bisognaria mandare alcuni principali tra loro di dignità, di seguito et di esperienza, li quali per la virtù et per il parentado fussero rispettati et potessero raffrenare la insolenza deli avversarii [126v] o almeno protestassero in difesa dela Religione Cattolica et dela giurisdittione ecclesiastica. Mi fu risposto con grande observanza et con ringratiamenti che dimane si congregaranno et si forzeranno di fare in modo che io haverei occasione di restar sodisfatto.

Aspetterò questa risoluzione et poi m'invierò verso l'Arcivescovo<sup>d)962</sup> et tenterò, se fia possibile, persuaderlo, et con lui ancora gli altri Vescovi, d'andarvi et di farvi anche comparire li loro Capitoli a imitatione di questo di Cracovia, perché altrimenti si daria occasione a gli heretici di confermar la loro Confederatione et opprimere affatto la auctorità del'Ordine Ecclesiastico. Poi, dopo il Convento generale (<sup>e-</sup>in Colo<sup>e</sup>) nella Polonia Maggiore<sup>963</sup>, si farà più certa risoluzione se l'Ordine Ecclesiastico potrà sicuramente trovarsi o no nella Convocatione.

Domani la Ser.ma Infanta parte verso Varsavia con isperanza d'haver in questa Convocatione a ricuperare li beni che pretende in Masovia, per vigor del testamento del Re morto, (<sup>e-</sup>suo fratello<sup>e</sup>)<sup>964</sup>. Et come io haverò la risoluzione del prefato Capitolo<sup>d</sup>, mi metterò in viaggio.

Nel convento celebrato in Sroda<sup>g</sup> deli dui Palatinati, cioè è di Posnania et di Calisia<sup>965</sup>, per opera del Castellano Gnesnense<sup>966</sup> si è parlato contra [127r] Re Christianissimo, contra l'Arcivescovo Gnesnense et il Vescovo di Posnania<sup>967</sup> absentì, insino a non voler che si leggano le lettere di esso Arcivescovo, (<sup>e-</sup>chiamandolo Iacobo Uchański et non Arcivescovo<sup>e</sup>). Et hanno eletto dodici<sup>e</sup>) Nuntii terrestri quasi tutti heretici. Et l'Sbonschi<sup>h</sup>), che è uno tra i

<sup>961</sup> Cfr. brevia episcopis 19 VI 1574 data (N. 115.).

<sup>962</sup> Iacobus Uchański.

<sup>963</sup> Conventus generalis palatinatum Maioris Poloniae in Koło peractus est 10 VIII 1574 (cfr. *Akta sejmikowe województw poznańskiego i kaliskiego* [Acta conventuum palatinatum Posnaniensis et Calisiensis], T. 1 (1572-1632), cz. I: 1572-1616, ed. Włodzimierz Dworzaczek, Poznań 1957, p. 19).

<sup>964</sup> Praeter supra memoratas pecuniarum summas (cfr. N. 130) et gemmas, Sigismundus Augustus Annae testamento legavit aliquot bona regia, prius reginae matris Bonae Sforza propria (vide *Testament.*, ut supra, p. 10-12).

<sup>965</sup> Conventus in Sroda celebratus est 26-27 VII 1574. Fusius de omnibus, quae hic refert nuntius, scribit Orzelski (p. 246), qui eis ipse aderat. Acta huius conventus non sunt conservata, cfr. *Akta sejmikowe* (ut supra), p. 18.

<sup>966</sup> Ioannes Tomicki.

<sup>967</sup> Adamus Konarski.

Cattolici<sup>968</sup>, ha fatto peggio di tutti gli altri contra il Re, dicendo che quando fusse qui, esso non lo haveria per Re, percioché non ha osservato quello che haveva promesso. Et tutto il popolo con molta laude commendò la sua opione. Egli è popolare et ha voglia d'esser Piasto. Il Palatino di Calisia et il Marescial del Regno, ambidui Cattolici<sup>969</sup>, si sono trovati presenti et hanno comportato alcune indignità. Et la cagione del male è che gli heretici sono uniti et audacissimi, et li Cattolici disuniti per particolari interessi et, come desiderosi dela quiete, comportano la insolenza degli altri. Con tutto ciò dobbiamo fermamente sperare che il Signor Dio non abbandonerà la sua causa. Et tanto più che la detta Convocatione si celebrerà in Varsovia tra i Massoviti, dove i Cattolici saranno di gran lunga superiori a gli heretici.

a-a) *Adscriptum in capite textus decifratu alia manu.*

b) *Adscriptum pro expuncto: Posnania*

c) *In reg.: avvertito*

d) *Ita in registro. In decifrato evidenter erronee lectum: Lancicia dal Vescovo Cuiaviense*

e-e) *Deest in decifrato, suppletum ex registro.*

f) *Sequitur expunctum: di Cracovia et Posnania*

g) *Ita in registro. In decifrato: Sorda*

h) *Ita in registro. In decifrato: Ubanuchi*

## N. 138.

### Vincentius Lauro universis

Cracoviae, 13 VIII 1574.

*Facta recordatione fundamenti iuridici nominationis Stanislai Kitecki ad munus parochi in Czernichów, declarat illum, cui id beneficium ab epo Cracoviensi (Kraśniński) praesentatione abbatis Tinecensis (Andreae Brzechwa) collatum sit, usurpatorem esse, et abbati eiusque adiutoribus excommunicationem comminatur.*

**Reg:** AV, Nunz.Pol. 396 f. 26r-27r. In margine ad caput documenti adnotatio manu cancellarii nuntii Iosephi Monachi facta: "Monitorium Cracoviense".

Vincentius etc. [ut in N. 74], ad futuram rei memoriam. Decet Sanctae Sedis Apostolicae Nuncios, inter caeteras eis incumbentes curas, sedulo prospicere, ut eiusdem Sedis autoritas, et quae ab ea profecta sunt, ubique illibata conserventur, nec eis quicquam detrimenti a quibusquam, nedum ab

<sup>968</sup> Abrahamus Zbąski, cuius eximias dotes, peregrinationem in fide et ad Catholicam Ecclesiam reditum celebrat Hosius in epistula ad eum a. 1571 scripta (v. Rescius HO II, p.284-285).

<sup>969</sup> Caspar Zebrzydowski (†1582), palatinus Calissiensis ab a. 1571, et Andreas Opaliński.

Ecclésiasticis personis proveniat, necnon quae ad haec iudicat opportuna remedia adhibere. Dudum sane Ss.mus Dominus Noster Gregorius Papa XIII, cupiens pauperibus Clericis et aliis benemeritis personis providere, omnia beneficia ecclésiastica, cum cura et sine cura, ex tunc usque ad certum tunc expressum tempus in Iulii et certis aliis, etiam tunc expressis, mensibus, extra Romanam curiam alias quam per resignationem vacatura, collationi et dispositioni suae reservavit, decernens ex tunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis autoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attentari<sup>970</sup>.

Et deinde parochiali Ecclesia loci Czacniechow, Cracoviensis dioecesis per obitum quondam Stanislai Slysksynski, olim illius Rectoris extra dictam Curiam de mense Iulii proxime praeterito defuncti, vacante, nos, pro munere a dicto Ss.mo Domino Nostro nobis iniuncto, praefatae Sedis auctoritatem sartam tectam conservare cupientes, eandem Ecclesiam sic vacantem et reservatam dilecto nobis in Christo Stanislao Kithecckio, illius Rectori, Sacri Concilii Tridentini forma servata, auctoritate Apostolica nobis specialiter attributa contulimus, et de ea etiam [26v] providimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur<sup>971</sup>. Verum cum intellexissemus dilectum nobis in Christo Abbatem Monasterii Thinecensis Ordinis Sancti Benedicti<sup>972</sup>, Cracoviensis dioecesis, praetendere ius personam idoneam ad eandem Ecclesiam sic vacantem hac vice praesentandi, nos, ut hac de re nobis certo constaret, dictum Abbatem de re eadem referentem saepius ac libenter quidem audivimus, nonnullaque per eum nobis exhibita documenta publica similiter legimus et attendimus, nolentes interea litteras provisionis per nos factae huiusmodi dicto Stanislao prius relaxare, quam si in sic reservatis mensibus ius praesentandi eidem Abbati competeret, aperte cognosceremus.

Porro tandem a nobis perspecto ipsum Abbatem non posse hoc ius a se praetensum in mensibus ita reservatis sibi vindicare, et nihilominus quendam sibi benevisum Clericum Rev.do in Christo Patri Episcopo Cracoviensi<sup>973</sup> ad eandem Ecclesiam praesentare, ipsumque ita praesentatum et institutum in eiusdem Ecclesiae possessionem sese intrudere non dubitasse, nos his iure permoti litteras easdem ipsi Stanislao tandem relaxavimus, nonnullis Iudicibus Commissariis in illis, quo executioni demandentur, deputatis. Quare praecavere volentes, ne haec executio ullatenus remoretur per praesentationem et institutionem nulliter sic factas praedictas; neve Abbas eas defendens, et qui illarum praetextu in ipsa parochiali Ecclesia intrusus esse dicitur, sese iis pertinaciter contra dictam reservationem tutari volens, hisque modis executionem nostrarum literarum huiusmodi impediens

<sup>970</sup> Cfr. constitutionem "Cupiens pauperibus clericis" (ut in N. 133).

<sup>971</sup> Cfr. N. 133.

<sup>972</sup> Andreas Brzechwa OSB († 1593), abbas monasterii Tinecensis ab a. 1572.

<sup>973</sup> Franciscus Krasiński.

sententias, censuras et poenas ecclesiasticas in litteris apostolicis, quae die Coenae Domini legi consueverunt, et hoc anno in Ecclesia Cracoviensi, etiam Ser.mo Principe Henrico, Poloniae Rege, cum Clero et multis ex equestri ordine proceribus praesentibus, publicatae sunt<sup>974</sup>, contentas, ullatenus incurrant, dicta auctoritate tenore praesentium monemus tam Abbatem et ab eo nulliter sic nominatum praefatos, quam praedicti Monasterii Conventum ac alios quoscunque cuiuscunque status, gradus, ordinis et conditionis existentes, ne nostrarum litterarum executionem huiusmodi, aut dictum Stanislaum, quominus earundem nostrarum litterarum et gratiae per eas sibi rite factae [27r] effectu pacifice fruatur et gaudeat, quomodolibet impedire audeant vel praesumant. Alioquin, si qui post praesentium publicationem per affixionem ad valvas eiusdem parochialis Ecclesiae vel alias rite factam, per se vel alium seu alios, praetextu praesentationis, institutionis et intrusionis praemissarum, vel alio quovis colore quicquam contra dictarum aut praesentium nostrarum litterarum tenorem directe vel indirecte attentare praesumpserint, ex nunc, prout ex tunc et econtra, declaramus illos omnes et singulos sententias, censuras et poenas in litteris, ut praefertur, legi solitis contentas, huiusmodi tali facto, absque ulla alia declaratione, incursum, a quibus etiam absolvi nequeant nisi iuxta ipsarum legi solitarum litterarum praescriptum.

Quocirca universis et singulis personis ecclesiasticis ac notariis publicis in virtute Sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena committimus, ut quoties pro parte dicti Stanislai requisiti fuerint, praesentes litteras et in eis contenta huiusmodi, ut praefertur, solenniter et legitime publicent ac ad omnium notitiam deducant. Datum Cracoviae, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Idibus Augusti, Pontificatus eiusdem Ss.mi Domini Nostrii anno tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis *etc.*  
omnino gratis

**N. 139.**

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 16 VIII 1574.

*Nuntiat de conclusione conventus Proszowicensis. Adiunctum mittit scriptum notis arcanis exaratum.*

---

<sup>974</sup> Vide N. 108.

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 129r. In f. 132v inscriptio, vestigium sigilli.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 36r-v (cum dato: 17 VIII 74).

**Ed.:** Wierzbowski VL, p. 78.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

S'è fatta ali 14 la mostra generale in Proscouicz et il convento, che è dissoluto sta mane, dove sono stati eletti 46 Nuntii terrestri<sup>975</sup>, tra li quali furono molti che si sono scusati non poter andare ala Convocatione, là onde si può credere che si ridduranno ad assai menor numero. Che è quanto per hora m'occorre dire ala Signoria V.ra Ill.ma, rimettendomi nel resto al foglio a parte<sup>976</sup>. Bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria *etc.* Di Cracovia, a 16 d'Agosto 1574.

(a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor  
il Vescovo del Mondevi<sup>a</sup>)

a-a) *Autographum.*

#### N. 140.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Cracoviae, 16 VIII 1574.

*Nuntiat ducem in Otyka (Nicolaum Christophorum Radziwiłł) - regi (Henrico) faventem - effecisse, ut in conventu nobilium in Proszowice statueretur, ne ad convocationem turmatim iretur, sed nuntii terrestres illuc mitterentur; similiter decretum esse in conventibus nobilium Maioris Poloniae in Koto, in Lithuania et in reliquis palatinatibus Poloniae Minoris; se autem sategisse, ut omnes episcopi et legati capitulorum ad convocationem se conferrent. Timet, ne in tumultibus ante convocationem concitatis "Articuli Henriciani" confirmentur. Ad praecavendum, ne id fieri possit, se postero die Lovicium profecturum esse.*

**Decifr.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 130r-131r (adiunctum litteris sub N. 139).

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 36r-v.

**Ed.:** Wierzbowski VL, p. 78-80.

<sup>975</sup> Conventum nobilitatis palatinatus Cracoviensis, 16 VII 1574 in Proszowice celebratum, in mente habet, vide N. 128.

<sup>976</sup> Cfr. N. 140.

(a- Cifra del N[unzio] di Polonia di Polonia de 16 d'Agosto 1574-a)

Il pericolo dela elettione d'un Piasto dipendeva dala resolutione di questo Palatinato, che è capo di tutti li altri, et per questo non ho voluto mancare, avanti questa mostra<sup>977</sup> con la speranza che, trattenendosi il Duca d'Olica<sup>978</sup> nela devotione del Re, potrebbe con la auctorità sua persuadere la moltitudine a mandare li Nuntii terrestri, et non andar turmatim ala Convocatione. Egli ha voluto comparire disarmato per mostrare che desiderava la quiete del Regno et che l'arme si havevano d'adoperar solo contra li nemici dela patria. Si sforza con ragioni renderli capaci non solo del bene che ne risulterea al Regno sotto il Re di Francia, ma ancora del modo che haveria il Re di ritenere li due Regni senza gran difficoltà. Et ancorché esso sia stato il primo di dignità, perché il Palatino di Cracovia<sup>979</sup> per tema non volse comparire, nondimeno per acquistarsi maggior benevolentia volse dire la sua openione tanquam unus de populo. Et così a sua persuasione si deliberò di eleggere li Nuntii senza dar loro facultà limitata, ma con ordine di accommodarsi con gli altri per il bene del Regno. Et in questo il Palatino Laschi [130v] si portò prudentemente, perché si poteva temere che non fusse stata lor data qualche commissione dannosa al publico. Ancorché io habbia inteso, dopo il ritorno del detto Palatino, che la potestà fu limitata solamente circa li articoli giurati in Parigi, sopra i quali ci sarà da contrastare assai. Io ho di già intanto scritto al Duca di Nivers<sup>980</sup> et ali Vescovi principali et mandatogli li brevi di N.ro Signore, con persuaderli ad andare ala Convocatione. Il Capitolo di Cracovia<sup>b)</sup> ha eletto quattro persone principali<sup>981</sup>, et il medesimo si può sperare che habbi a far quello di Gnesna, a cui ho parimente scritto et inviato un breve<sup>982</sup>. Et questi due capitoli basteranno a rapresentare tutti senza dar spesa ali altri.

Nel convento di Colo s'è ancora presa resolutione di mandar Nuntii<sup>983</sup>. Et li Lituani, non ostante la loro convocatione, hanno data speranza di voler con l'intervento deli Nuntii comparire in Varsovia, et così ancora il Cancelliere del Regno et il Castellano<sup>984</sup> et il resto dela Polonia minore imiterà il Palatinato di Cracovia. Talché, non havendosi a temere del'elettione tumultuaria di qualche Piasto, il peggio che potria succedere sarebbe una intimatione deli Comitii Generali a nuova elettione, ma si ha da [131r] sperare che dovranno

<sup>977</sup> De conventu nobilitatis in Proszowice vide N. 128 et 139.

<sup>978</sup> Nicolaus Christophorus Radziwiłł "Orbus".

<sup>979</sup> Petrus Zborowski.

<sup>980</sup> Ludovicus de Gonzaga. Litteras nuntii ad eum scriptas non repperimus.

<sup>981</sup> Fuerunt canonici: Laurentius Goślicki (cfr. N. 159), Stanislaus Ossowski, Lucas Podoski et Martinus Izdbieński (vide acta sessionis capituli 13 VIII 1574, Kraków, Arch. Capitulare, Acta Actorum, ms. 6 p. 296, cfr. Ljubowič, p. 345), substitutus postea ab Adalberto Brudzyński (cfr. N. 145).

<sup>982</sup> Litterae nuntii ad capitulum Genesense perierunt.

<sup>983</sup> Conventus generalis Maioris Poloniae in Koło peractus est die 10 VIII 1574 (cfr. supra, N. 137).

<sup>984</sup> Valentinus Dembiński, cancellarius regni, et Sebastianus Mielecki († 3 XI 1574), castellanus Cracoviensis ab a. 1568.

prima con il mezo deli Ambasciatori intendere la intentione del Re Christia-  
nissimo, nel'absenza del quale si porta pericolo che non si venga a qualche  
dishonesta confirmatione deli articoli di Parigi. Et in questo si havrà la mi-  
ra di far gagliarda oppositione, o venire ale proteste. Et se il Re ritorna, si ri-  
medierà al tutto et presto. In questa mostra non è comparso gran numero di  
cavalli. Et per opera di quelli che aspirano al Piasto, hanno data voce in favo-  
re del Moscovita, per sbigottire le persone potenti et principali, et tirarli a  
favorire un Piasto. Hora che non accade far altro qua, io sto in ordine per av-  
viarmi dimane verso Lovitio, et spero con l'aiuto divino trovarmi avanti il  
principio dela Convocatione, dove il Palatino Laschi m'ha data ferma spe-  
ranza di volervisi trovare tra li primi, sicome mi sono sforzato persuaderlo.

<sup>a-a)</sup> *Alia manu scriptum.*

<sup>b)</sup> *Ita in registro (cfr. N. 145). In decifrato: Posnania*

#### N. 141.

**Vincentius Lauro**

**Alberto Gay, clerico archidioecesis Gnesnensis**

Volboriae, 20 VIII 1574.

*Ad petitionem Stanislai (Karnkowski), epi Vladislaviensis, permittit ei, ut -  
non obstante defectu oculi sinistri - ordines presbyteratus suscipiat, dummodo  
sacrum Missae canonem de tabula in ipsius Altaris medio posita semper le-  
gat.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 396 f. 27r-v (omnino gratis).

#### N. 142 .

**Vincentius Lauro**

**Valeriano Protasewicz, epo Vilenensi**

Lovicii, 25 VIII 1574.

*Mandat ei, ut a poenis ecclesiasticis absolvat Nicolaum Penguara, paro-  
chum in Horodyszcze, qui propter ebrietatem homicidium non praemeditatum  
perpetravit, nunc autem absolutionem exposcit. Permittit, ut - post factam debi-*

*tam paenitentiam - paroecia illa ei conferatur, si a collatoribus denuo praesentatus fuerit.*

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 396 f. 27v-29r.

Vincentius *etc.* [*ut in N. 74*], Rev.do in Christo Patri Episcopo Vilnensi, salutem in Domino sempiternam. Sedes Apostolica, pia mater *etc.* [*ut in N. 89*]. Sane dilectus nobis in Christo Nicolaus Penguara, praesbiter Plocensis dioecesis, nobis nuper [28r] exposuit, quod ipse anno proxime praeterito parochialem Ecclesiam Sancti Iacobi oppidi Grodziscensis<sup>985</sup>, Vilnensis dioecesis, iam tum a pluribus mensibus sine titulo, bona tamen fide detinens, et ei deserviens, rogatus a quodam Nobili dictae Ecclesiae parochiano Catholico, ut ad illius domicilium unius eius liberi tunc nati baptizandi causa accederet, id fecit eundemque liberum in dicto domicilio alias rite baptizavit. Verum sumpto ibi prandio, cum plus aequo potus et curru vectus domum propriam repeteret, haberetque secum puerum quindecim annos vel circa natum, eundem puerum iussit equum satis ferocem conscendere, atque ipso puero per aetatem adhuc timidulo renuente, illum minis ac etiam verberibus ad id coegit. Porro, cum primum idem puer in dicto equo fuit, in terram decidit. Unde dictus Nicolaus propter ebrietatem furens, eum ab equo aliter non laesum per crines invadens, pluribus pugnorum et forte pedum ictibus dirisime affectit, adeo etiam, ut non multo post (sicut Domino placuit) e vivis excesserit.

Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, idem Nicolaus in mortem dicti pueri (de qua aliter, quam ut praefertur, culpabilis non fuit) minime aspiraverit, sed de ea ac aliis praemissis plurimum doluerit et doleat, ac a similibus in posterum abstinere proponat, necnon dictam Ecclesiam (quae de iure patronatus laicorum Nobilium ex fundatione vel dotatione existit, et ad quam, certo tunc expresso modo vacantem, per dilectos nobis in Christo modernos illius patronos Paternitati tuae rite praesentatus ob praemissa in ea adhuc institui nequivit), si ad hoc rehabilitari contigerit, assequi posse speret, eique deserviendo in sacris ordinibus per eum rite susceptis etiam in altaris ministerio ministrare summo opere desideret, nobis humiliter supplicavit, ut se a praemissis per eum sic patrat, necnon censuris ecclesiasticis, quas propter ea quomodolibet incurrit, absolvere ac alias statui suo providere misericorditer dignemur.

Nos igitur, ad infrascripta per dictae Sedis litteras (ad [28v] quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate muniti, attendentes Ecclesiam catholicam, piam matrem, misericordiae gremium nemini unquam claudere, ac volentes eundem Nicolaum, alias apud nos de vitae ac morum honestate

<sup>985</sup> Horodyszczce Wielkie, oppidulum ad meridionem a Nowogródek situm.

aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu specialibus favoribus et gratiis prosequi, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit (dummodo in iis per annum non insorduerit), ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, ac certam de praemissis notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem Paternitati tuae per praesentes mandamus, quatenus si ita est, ut praenarratur, eundem Nicolaum, si id a te humiliter petierit et postquam pacem a proximioribus dicti defuncti consanguineis habuerit, ab homicidii reatu et excessibus huiusmodi, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, quas propter praemissa, ac etiam ex quo censuris sic ligatus divinis se (non tamen in contemptum clavium) immiscuit et illis participavit, quomodolibet incurrit, Apostolica auctoritate nobis specialiter attributa in utroque foro absolvas in forma Ecclesiae consueta, iniunctaque ei pro modo culpa poenitentia salutari, et aliis, quae de iure fuerint iniungenda, omnemque inhabilitatis et infamae maculam sive notam, per eum ob praemissa quomodolibet contractam et in eum insurgentem, ab illo auferas et in eo aboleas, necnon eum in pristinum et eum, in quo ante praemissa erat, statum restituas et plenarie reintegres; necnon demum suffragantibus sibi meritis ac alio canonico impedimento non obstante, ut in dictis susceptis ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, ac quaecunque et qualiacunque (quorum fructus, redditus et proventus quinquaginta ducatorum [29r] auri de camera secundum communem estimationem valorem annum non excedant) beneficia ecclesiastica *etc.* [ut in N. 89] recipere. Non obstantibus *etc.* [ut in N. 74]. Datum Lovicii, Gnesnensis dioecesis, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Septimo Kalendas Septembris, Pontificatus Ss.mi Domini Nostri Gregorii Papae XIII, anno tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis *etc.*  
omnino gratis

N. 143.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Vincentio Lauro**

Romae, 28 VIII 1574.

*Significat se litteras eius 30 VI et 19 VII datas accepisse. Refert ea, quae nuntius Dolfin sibi perscriperat de conventuum particularium tranquilla con-*

*clusione. Mittit alterum exemplar litterarum de negotio abbatis Lubinensis scriptarum.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 474r-474v. In f. 479v inscriptio, vestigium sigilli, summarium et adnotatio "ricevuta in Varsavia di 4 d'Ottobre".

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 176r-v.

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

Ricevei l'altro giorno le lettere di V.ra Signoria de l'ultimo di Giugno et de li XIX di Luglio, nele quali accusava la ricevuta dele mie di XIX di Giugno, con li brevi et l'altra scrittura, et dava avviso dei successi dele cose di quel Regno dopo la partita del Re<sup>986</sup>. Di tutto, secondo il solito, ho dato conto ala Santità di N.ro Signore, che l'ha sentito volentieri. Si è inteso di poi per lettere di Mons. Nuntio Dolfino che i conventi particolari si erano finiti con manco romore di quello si era imaginato, et che si teneva per fermo non doversi resolver altro nela Dieta generale che di mandar Ambasciatori al Re per haver certezza dela volontà sua<sup>987</sup>. Il che quando succeda così si può sperare che le cose possano indrizzarsi a qualche buon fine.

Poiché le lettere portano tanto pericolo d'an[474v]dare a male, mando a V.ra Signoria dupplicato di quello che le scrissi ultimamente per ordine di N.ro Signore nel negotio de l'Abbate Lubinense<sup>988</sup>. Poco altro d'importanza le ho scritto se non in quelle di XIX che ha ricevuto con li brevi, et però non si manda altro dupplicato. V.ra Signoria attenda a conservarsi et seguiti allegramente di far ciò che si può in servizio di Dio et de la Santa Sede Cattolica, non dubitando che al fine tutto riuscirà a molta sua consolatione. Et con questo me le offero *etc.* Di Roma, a XXVIII di Agosto MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Rev.ma

(<sup>a</sup>-come fratello amorevole  
il Cardinale di Como-<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

<sup>986</sup> Cfr. N. 115-117, 121, 128.

<sup>987</sup> Vide litteras Ioannis Dolfin ad card. Tholomaeum Gallio, Vindobona 6 VIII 1574 datas (Bues NBD III/7, p. 582).

<sup>988</sup> Cfr. N. 134.

## N. 144.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Skierniewice, 31 VIII 1574.

*Nuntiat de suo 23 VIII - per Volboriam et Lovicium - adventu in Skierniewice, ubi usque ad conclusionem convocationis remanere cogitat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 134r. In f. 141v inscriptio, vestigium sigilli.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 37r.

**Ed.:** Wierzbowski VL, p. 80.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

Essendomi partito di Cracovia, passai per Valborio per vedere Mons. il Vescovo di Cuiavia<sup>989</sup>. Et il dì avanti la vigilia di San Bartolomeo<sup>990</sup> gionsi in Lovicio, dove mi aspettava Mons. l'Arcivescovo<sup>991</sup>, il quale tre dì appresso s'avviò ala volta di Varsovia, et io me ne venni in questo luogo di Scarnevicz<sup>992</sup>, dove penso (se non sarò impedito) trattenermi insino a la fine dela convocatione, nela quale non sono ancora venuti tutti li Senatori et li Nuncii che s'aspettavano. Nel resto rimettendomi al foglio a parte<sup>993</sup>, bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria *etc.* Di Scarnevicz, al ultimo d'Agosto 1574.

<sup>a</sup>-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et dev.mo servitor  
 il Vescovo del Mondevi<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

<sup>989</sup> Stanislaw Karnkowski.

<sup>990</sup> 23 VIII.

<sup>991</sup> Jacobus Ucharński.

<sup>992</sup> Skierniewice, alterum domicilium aeporum Gnesnensium, 25 km a Lovicio distans.

<sup>993</sup> Vide N. 145.

## N. 145.

**Vincentius Lauro**  
**card. Tholomaeo Gallio**

Skierniewice, 31 VIII 1574.

*Refert colloquium suum Volboriae cum Abrahamo Zbąski habitum, quem adigere conatus est, ut factioni regis (Henrici) fidem servaret, eique argumenta sua in scriptis tradidit. Nuntiat se cum aepe (Uchański) Lovicii congressum esse ibique una cum illo statuisse communem actionem catholicorum in convocatione Varsaviensi contra Confoederationem Varsaviensem et pro rege dirigendam, eique litteras suas, prius iam memorato Zbąski porrectas, tradidisse. Significat eundem Zbąski iis litteris in comitiis usum esse, ut existimationem Zboroviorum offenderet, "Piasti" electionem adiuvaret et odium in nuntium excita- ret; eum hominem factiosum et simulatorem esse, quod a praeposito provinciali Societatis Iesu (Francisco Sunyer) confirmatum sit; eundem provincialem sibi etiam epistolam dedisse, a patre Warszewicki ad eum scriptam. Suspicitur memoratum Zbąski ab epo Vladislaviensi (Karnkowski) quodammodo instigari, qui iam pridem inter varias factiones insidiarum architectum et machinator- em, praesertim in litteris, quas ad scholasticum Cracoviensem (Izdbieński) scripserat, se exhibuerit. Laudat legatum capituli Cracoviensis ad comitia mis- sum, custodem eiusdem capituli (Albertum Brudzyński), qui se edocuit, quam epus Cracoviensis (Kraśniński) breve pontificium ad se datum aegre tulerit et, spreta reprehensione, se Confoederationem in comitiis defensurum esse annun- tiaverit. Notum facit epum Posnaniensem et nuntios capituli eius ad comitia adventuros esse. Putat regem nuntium suum in Poloniam quam celerrime mit- tere debere. Argumenta in comitiis tractanda mittit.*

**Decifr.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 135r-140r (litteris N. 144 adiunctum).

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 10 f. 37r-41r.

**Ed.:** Wierzbowski VL, p. 80-85.

In Valborio io trovai in compagnia del Vescovo di Cuiavia<sup>994</sup> lo Sbonschi<sup>a)</sup>, il quale parlava stranamente contra il Re di Polonia<sup>995</sup>. Il Vescovo in mia presenza col tacere mostrava acconsentire al tutto. Et in somma tutta la mira va ala elettione di un Piasto. Io presi occasione di parlare seco et l'Sbonschi, a cui presentai il breve che havevo di N.ro Signore indirizzato a lui<sup>996</sup>. Mi sforzai mitigarlo, mostrandogli con molte ragioni il bene che ne se-

<sup>994</sup> Stanislaus Karnkowski.

<sup>995</sup> De Abrahami Zbąski in regem Henricum tempore comitiorum Srodensium actione vide N. 137.

<sup>996</sup> Invenitur in reg. AV, Arm. 44 ms. 22 f. 185v-186r (cfr. N. 115).

guiria, non pure a questa Republica, ma a tutta la Christianità, di haver Re di Polonia il Re Christianissimo. Mostrò d'essersi mitigato un poco, dicendo che egli non era ostinato nele sue opinioni, ma che saria sempre pronto a cambiarle ogni volta che fusse persuaso con ragioni, affermando che, per poter meglio considerare le cause che io gli havevo addotte, desiderava haverle in scritto, di che me ne pregò instantemente<sup>b)</sup>. Io non volsi mancare di lasciargli lo scritto, del quale ne mando a V.ra Signoria Ill.ma l'alligata copia<sup>997</sup>.

Et prima era occorso nel dopo desinare, che biasimando lo Sbonschi aspramente il Re di Polonia, imputandolo di haver dato a gli heretici molte dignità, et in particolare [135v] di haver dato il Palatinato di Cracovia alo Sboroschi<sup>998</sup>, et di havere sempre più favoriti gli heretici che li Cattolici, et che per questo non era degno d'esser Re di Polonia, gli risposi commendando prima questo suo buon zelo, et poi scusando il Re di Polonia che essendo egli di natura mansueto et temendo qualche sollevamento dala parte avversa, era stato constretto in questo principio del suo Regno a concedere molte cose contra il suo volere, et maxime per opera del Vescovo di Valenza<sup>999</sup>, il quale seguendo queste nuove sette, per poter star sicuramente in Francia, si sforzò in tutti quei modi che puote procurare et sollecitare il dipartimento del Duca d'Angiù<sup>1000</sup> da quel Regno, talché obligò il Re di Polonia in molte cose, senza necessità veruna et contra la volontà di Sua Maestà. La quale io non mancai sempre persuadere secondo l'ordine ch'io haveva da N.ro Signore, in haver la mira di dar le dignità a persone catholiche, perché con questo mezo senza alcun tumulto riduceva pian piano a la religione cattolica tutti quelli che erano stati sedutti. Et in particolare accennai alo Sboroschi come era vero quello che io, per il detto ordine di N.ro Signore, haveva dal Re di Polonia già ottenuto per lui, che era il [136r] Palatinato di Posnania overo di Calisia<sup>1001</sup>. Et il Re, se non partiva così presto, haveva animo di metterlo in essecutione, per quanto gli era piaciuto darmene speranza, sì come io ne haveva già avvertito il Preposto di Plosca<sup>1002</sup>, il quale mi haveva raccomandata la pietà et valore d'esso Sboroschi [sic]. A me parve scoprirgli questo perché esso è sdegnatissimo contra il Re per non haver havuto (come aspirava) il Marescialato della Corte. In somma io mi partii da Valborio con satisfattione, perché il Vescovo sudetto mi haveva detto che il ragionamento havuto con lo Sbonschi saria di gran bene.

In Lovicio trovai Mons. Arcivescovo Gnesnense. Il quale havendo già ricevuto il breve di N.ro Signore et la lettera che io gli haveva scritto da Cracovia

<sup>997</sup> Vide N. 146.

<sup>998</sup> Petrus Zborowski. De eius nominatione in palatinum Cracoviensem vide N. 100.

<sup>999</sup> Ioannes de Monluc.

<sup>1000</sup> Id est ipsum Henricum regem.

<sup>1001</sup> Agitur sine dubio de Andrea Zborowski.

<sup>1002</sup> Hieronymus Rozdrazewski.

per persuaderlo d'andar ala convocazione<sup>1003</sup>, stava apparecchiato per partire ala volta di Varsovia. Stemmo insieme tre giorni, et dopo haver ragionato a lungo, si prese resolutione che facesse ogni diligenza per tenere uniti con seco li Vescovi, li Nuntii de' Capitoli et li Signori Cattolici, affinché secondo le occorrenze insieme s'opressero gagliardamente contra la confederatione, la quale da gli heretici già si cominciava a fare ogni sforzo per ritrovare et stabilire; [136v] et che per evitare i pericoli dela nuova elettione era necessario star tutti uniti et constanti nela difesa dela parte del Re. Et con tale occasione gli proposi l'utile et il bene che ne seguiria ale cose publiche dela Christianità, del Regno di Francia et questo di Polonia. Il detto Signore mi fece istanza di dargli tutto in scritto et così gli diedi quasi il medesimo scritto che havevo comunicato allo Sbonschi et non avvertii di questo l'Arcivescovo, ma solo che io haveva sopra di ciò ragionato con diversi. Il buon Signore, quando arrivò in Varsovia et fu per dire il suo voto, si scusò per la vecchiezza non poterlo riferire a mente, ma lo fece leggere in scritto; et in somma era la medesima scrittura havuta da me, senza mutazione alcuna, ma solamente tradotta di Latino in Polacco<sup>1004</sup>.

Hor lo Sbonschi, guidato dalo spirito dell'ambitione et dimenticandosi del debito di gentilhuomo cattolico et di huomo da bene, subito che arrivò in Varsovia (si come sono stato informato al vero), per captare la benevolenza degli heretici, haveva in Senato publicamente detto tutto quello che haveva udito da me in Valborio, et interpretandolo con l'aggionte che io non haveva etiamdio imaginate, le quali facevano al'istituto suo per facilitar la strada al Piasto. Et perché la casa Sborosca è odiata quasi [137r] da ambe le parti, per acquistarsi maggior credito in vigore dele suddette interpretationi, ha in Senato incolpato il Palatino di Cracovia d'haver venduto il Regno per le promesse havute da Monluco. Né lasciò di dire che io procurava col Re, affinché non si desse dignità né grado veruno agli heretici. Et in oltre publicò che il voto del'Arcivescovo Gnesnense non era suo, ma del Nuntio Apostolico, con aggiungere che un forastiero imboccava alo Arcivescovo et ai Vescovi tutto quello che havevano a dire nele congregationi. Et così ha accresciuto l'odio de gli heretici contra di me<sup>1005</sup>.

Con tutto ciò spero nela bontà di Dio che haverà in protettione li suoi, et tanto più che in quello scritto, per la divina gratia, non si contiene cosa veruna che non sia a giovamento di questa Republica et di tutta la Christianità, senza toccar punto gli heretici. Dio perdoni alo Sbonschi, il quale per questa sua immoderata ambitione si scopre maligno et pazzo; et piaccia a Dio che non sia anche hipocrita, imperoché le feste sta quasi sempre in Chiesa et gli

<sup>1003</sup> Litterae nuntii ad aepum Uchański ad tempus usque nostrum non sunt asservatae. Breve 19 VI 1574 datum, servatur in reg. AV, Arm. 44 ms 22 f. 195r (ed. Theiner AE I, p. 282-283).

<sup>1004</sup> Versio Polonica non reperitur, de eius lectura Varsaviae facta 31 VIII 1574 vide Orzelski, p. 247 et Wierzbowski U V, p. 556-557 (commentarius).

<sup>1005</sup> Hanc longam orationem Abrahami Zbąski, die 31 VIII habitam, refert Orzelski, p. 248-250.

altri giorni non lascia di starvi almanco tre hore, et ha sempre in mano il libretto *De imitatione Christi* di Giovanni Gerson<sup>1006</sup>. Et già il padre Provinciale de Giesuiti<sup>1007</sup>, che hoggi è [137v] passato di qui per andare a Varsovia et conosce l'humor del'huomo, mi ha detto che è tenuto per humorista et per pazzo. Il detto padre mi ha dato una lettera scrittagli dal padre Varsovischi, che dà conto del suo viaggio; et per questo la mando a V.ra Signoria Illustrissima<sup>1008</sup>.

Io ho havuto in questo qualche sospetto del Vescovo di Cuiavia, il quale seben dissi essere odiato da tutti et minacciato d'esser ammazzato, che egli fomenti l'humor delo Sbonschi, affinché per mezzo di lui riacquisti la gratia del popolo. Dicolo questo perché egli è molto inconstante, et è stato più volte ammonito da me nele occorrenze di qualche importanza; come fu in tempo che il Re dette il Palatinato di Cracovia alo Sboroschi, il Vescovo ringratiò il Re pubblicamente, perché giuditiosamente faceva elettione di huomini degni nel distribuire gli officii. Et così ancora in quella scrittura che mandai alla Signoria V.ra Ill.ma sopra gli atti deli Comitii et la Coronatione, il Re havendogli ordinato che la comunicasse meco avanti che farla stampare, esso, per non alterare gli heretici, non la comunicò altrimenti et lasciò una parte principale che concerneva gli articoli, dela quale n'era stato avvertito da me et si conteneva in poche parole, ciò è: *Quorum articulorum [138r] exemplum, non tamen in vim confirmationis sub sigillo nostro regio vobis traditum est*<sup>1009</sup>. Et di questo et d'altre cose egli me ne ha dimandato perdono. Et ultimamente, quando esso partì da Cracovia per timore, havendomi ragionato in favor del Palatino di Sandomiria per Piasto<sup>1010</sup>, io gli risposi che bisognava procurare di conservar il Re, ma in caso che la necessità apportasse di far un Piasto, non mi saria dispiaciuto il detto Palatino per esser Cattolico. Dipoi, trovandosi in Valborio et vedendo che io non l'andavo a trovare, come si sollecitava, et misurando col suo l'animo degli altri, temette forse che io non scopriessi il suo pensiero in favorire un Piasto. Et si mosse a scrivere alo Scolastico di Cracovia et dolersi d'haver sentito che il Nuntio subornava un Piasto al Regno, et molte altre sciocche et ridicole impertinenze. Per il che pregava lo Scolastico che me n'avvertisse. Di che il sudetto Scolastico non mancò di mostrarmi la parte dela lettera et soggiunse queste parole: *Dispeream, si episcopus Cuiaviensis unum aliquem nominare poterit, a quo ista audiverit,*

<sup>1006</sup> *De imitatione Christi*, opusculum, cuius auctor procul dubio est Thomas a Kempis, quod tamen diu noto theologo Gallico Ioanni Gerson (1363-1429) attribuebatur.

<sup>1007</sup> Franciscus Sunyer (ca. 1532-1580), Hispanus, "comprovincialis" Societatis Iesu in Polonia (ab a. 1567). Praepositus generalis, Everardus Mercurianus, condidit quidem 24 IV 1574 provinciam Poloniam ab Austriaca seiunctam, sed post fugam Henrici a promulgatione huius decreti abstinuit et non nisi 15 I 1575 id tandem fecit, et tum Sunyer pleno iure praepositus provinciae Poloniae factus est, cfr. Natorski, p. 473.

<sup>1008</sup> Stanislaus Warszewicki tunc in aula regia Stocholmiae commorabatur (cfr. N. 80). Eius litterae ad Sunyerum datae, per nuntium Lauro Romam transmissae, perierunt.

<sup>1009</sup> Cfr. N. 72.

<sup>1010</sup> De Ioanne Kostka regni candidato vide N. 128.

et tamen dicit eum in ore omnium esse<sup>c)</sup>. Dipoi il Vescovo prefato mi mandò un suo gentiluomo con una lettera credentiale a visitare senza farmi pur [138v] motto di simil prattica, anzi dolendomene io, mi fu risposto da lui che il Vescovo non haverà mai fatto tal'ufficio. Al'ultimo lo feci arrossire, quando gli nominai il Scolastico. Io fui constretto di scrivere sopra ciò al Vescovo una lettera, dela quale ne mando copia a V.ra Signoria Ill.ma<sup>1011</sup>. Egli non mi ha mai risposto, ma in Valborio mi domandò perdono. Et pregandolo io che mi dicesse da chi haveva havuta tal relatione, non seppe nominar persona, ma rispose che l'haveva sentito da uno o due, deli quali non se ne ricordava. Et soggiungendogli io che egli haveva scritto che questo era notorio, si mise di nuovo a chiedermi perdono.

Non ho mai reso conto di questo a N.ro Signore, perché non era necessario infastidirlo in simili interessi, ma perciocché hora nela Convocatione queste cose, forse per opera dello Sbonschi, erano state insinuate etiamdio al'Arcivescovo Gnesnense, sì come mi è convenuto dar detta copia al'Arcivescovo, così ho voluto avvertire di tutto ciò la Signoria V.ra Ill.ma per la verità del fatto. Io non haverei mai creduto di trovar tanta leggerezza, ancor che in parte ne sia stato avvertito da Mons. Ill.mo Commendone. Et veramente facevo gran fondamento nela persona del Vescovo di Cuiavia, perché mi pareva inclinato più che tutti gli altri ale cose dela pietà. Con tutto ciò tutti gli amici suoi, o per dir meglio quelli che gli [139r] erano amici, perché ne conserva molto pochi, li biasmano grandemente d'inconstanza<sup>1012</sup>.

Il Capitolo di Cracovia, sì come scrissi con l'altra mia di 17 a V.ra Signoria Ill.ma, elesse quattro nuntii per mandare in Varsovia<sup>1013</sup>, deli quali il principale è il Custode di detta chiesa, che è persona molto cattolica, virtuosa et costante<sup>1014</sup>. L'ho condotto in mia compagnia et persuaso l'Arcivescovo Gnesnense di haverlo sempre appresso di se, come fa. Io gli haverei tra gli detti Nuntii desiderato lo Scolastico<sup>1015</sup>, ma per alcune sue facende si è scusato meco non poter accettar tal carico. Il prefato Custode ha detto al mio huomo, che è in Varsovia, che il Vescovo di Cracovia<sup>1016</sup> si è doluto seco che sia venuto nela convocatione et che il capitolo habbia mandati nuntii; et l'ha minacciato che non gli sia contrario, perché se ne risentiria con suo grave danno. Et dopo si è anco doluto col mio huomo che dal breve di N.ro Signore, mandatogli da me, conosce di haver molti nemici in Roma<sup>1017</sup>. Io ho avvertito il mio di dirgli in mio nome che io sperava che esso, con la gratia di Dio, si portaria in questa convocatione, di maniera che ei darebbe occasione di abo-

---

<sup>1011</sup> De tota hac re, propter litteras epi Karnkowski ad scholasticum Martinum Izdbieński orta, vide N. 129.

<sup>1012</sup> Cfr. A. 19.

<sup>1013</sup> Cfr. N. 140.

<sup>1014</sup> Adalbertus Brudzyński († 1601), custos Cracoviensis ab a. 1567.

<sup>1015</sup> Martinus Izdbieński.

<sup>1016</sup> Franciscus Krasiński.

<sup>1017</sup> Breve 19 VI 74 datum, vide A. 17.

lire afatto appresso N.ro Signore qualche sinistra opinione che da li altri sarà data di lui. Al che egli rispose che non mancherà di fare il debito suo. Dipoi sono [139v] stato avvertito che in Senato, parlandosi dela confederatione, havea detto in questo avere mutata la sua prima opinione nela venuta del Re, ma che hora voleva persistere nela prima sentenza in approvare la detta confederatione, di che sapeva d'haver ad esser accusato in Roma, ma non se ne curava. Et in questo il Custode, che era presente, guardandolo fitto, lo sentì che ruggiva contro di lui. Et questa era la cagione che l'haveva mosso a persuadere il suo Capitolo a non mandar nuntii, affinché non si opponessero ale sue non buone attioni. Et tutto ciò procede, come io credo, da timore di non perder li beni del suo Vescovato, che sono per la maggior parte tra gli heretici. Sopra di che a me non pare in nissun modo che in nome mio si faccia per hora officio veruno, perché si disasperaria davantaggio, ma ho fatto avvertire l'Arcivescovo et il Vescovo di Plosca, li quali si portano constantemente, che procurino di addolcirlo, dargli animo et unirlo con loro, havendo ordinato al Custode che faccia il medesimo officio et, quando bisogni, non manchi di oppondersi gagliardamente in nome di tutto il capitolo, et quanto il suo Vescovo mostra debolezza, mostrar tanto maggiore ordine et constantia.

Il Vescovo di Posnania mi scrive con molto zelo che havendo ricevuto il breve [140r] di N.ro Signore et la mia lettera, s'apparecchiava di mettersi in viaggio ala volta di Varsovia, et faria che il suo Capitolo manderà ancora li Nuntii ala Convocatione<sup>1018</sup>.

Se in questi disturbi comparisse qualche Signore in nome del Re, conforme a l'avvertimento che gli è stato scritto più volte, si potria sperare al sicuro che il tutto si accomoderia. Ma io temo che il Re non vorrà far resolutione alcuna che prima non si abocchi con la Reggente<sup>1019</sup>, et se tarderà tanto forse non sarà il rimedio a tempo. Mando a V.ra Signoria Ill.ma li capi che sono stati proposti in questa Convocatione<sup>1020</sup>.

a) *Ita in registro. In deciftrato hic et infra semper: Ubonuchi*

b) *Hic adscriptum in margine alia manu: dia sempre in scritto, manco che può*

c) *In registro additum: hinc magna animi illius levitas deprehendi potest*

1018 *Litterae Francisci Krasinski ad nuntium et nuntii ad eum datae non reperiuntur.*

1019 *Catharina Medicea.*

1020 *Agitur de argumentis in comitiis tractandis, vide A. 22.*

## N. 146.

**Vincentius Lauro**  
**Abrahamo Zbąski**

Skierniewice, 31 VIII 1574

*Repetit consilium suum regnum Poloniae cum regno Galliae sub sceptro Henrici coniungendi, facili inter utrumque navigatione et transitu per freta Danica accedente, stabili sede et domicilio regis in Polonia constituto et Catharina de Medicis in Gallia regis vices gerente. Suggestit ergo, ut in convocazione sex legati ad regem mittendi eligantur tempusque eorum reditus ad mensem Iunium, Iulium vel Augustum statuatur.*

**Cop.:** AV, Nunz. Pol. 7 f. 250r-v (in cancellaria nuntii confecta et eius litteris ad card. Gallium, 31 VIII datis, adiuncta, cfr. N. 145).

**Reg.:** AV, Nunz. Pol. 10 f. 68v-69v cum adnotatione: "Scritto mandato con l'antescritta lettera del'ultimo d'Agosto 1574".

Ab Henrico Rege utriusque Regni, Galliae scilicet et Poloniae, coniunctim administrandi rationem huiusmodi iniri posse video. Ut scilicet classem in Oceano optime instructam aedificet, qua non solum XV ad summum dierum numero ex uno in alterum Regnum vehi, sed etiam Mosco Narvicam omnino adimere navigationem et totius simul Oceani Septentrionalis imperium obtinere valeat. De arce et statione Couppenhaven, quae Dano paret et navigiorum transitum impedit, quamvis ea (ut audio) vel consilio vel vi capi facile queat<sup>1021</sup>, cum eodem tamen Dano foedus facere, eique aliquot millium aureorum stipendia quotannis pendere honestius iudicarem<sup>1022</sup>.

Cum vero Poloniae regio apta potissimum et accommodata sit ad magnas res gerendas, hic fere omnem aetatem Rex transigeret, quo fieret, ut singulis annis ingentes ex Gallia proventus ac opes huc transferret et Regnum hoc opulentissimum redderet. Atque ex duorum amplissimorum Regnorum coniunctione viam facile inveniret ad orientis Monarchiam sibi comparandam. Nam cum ex Russia, Tartaris, Valachis et Turcis finitima, nulla fere arx intersit, quae Constantinopolitanam ad Urbem usque Christianorum exercitui esset impedimento, unica adversus Turcam victoria magnam eius imperii partem occuparet. Ad id autem plurimum adiumenti allatura esset Summi Pontificis autoritas, qua praecipui Christianorum Principes ad foedera cum Rege percutienda, quisque ob sua commoda, alliceretur: Caesar ob Pannoniae Regnum, Rex Catholicus, ut Hierosolymitanum, quod iure sibi competit, acquireret; Veneti, ut se ipsos ex infidi atque immanis Tyranni

<sup>1021</sup> Cfr. opinionem de hac re, ab Andrea Lorichs nuntio communicatam, in N. 153.

<sup>1022</sup> Cfr. hanc partem propositi cum consilio regi Henrico impertito, quod nuntius in litteris suis 17 VI datis exposuit (N. 114).

gladio, qui suorum cervicibus imminere videtur, eriperent, ne dum ut Cyprum insulam recuperarent; Moscus ob innatum cum Turcis odium, et ut Imperii fines contra Tartaros propagaret. Quapropter Christianissimus Rex Polonorum nomen aeternitati certe consecrabit.

Quod ad Galliae Regnum attinet, id Reginae Matris<sup>1023</sup>, optimae atque sapientissimae foeminae, consilio gubernare tuto poterit; atque ut seminaria seditionum e medio tollerentur, primarios Proceres, quorum fidem haberet parum probatam, ex Gallia abducat et penes se perpetuo retineat. Duo igitur Regna, longo terrarum [250v] spatio inter se disiuncta, ab uno Henrico gubernari fas erit, cum maximo totius Reipublicae Christianae commodo et ornamento.

In Convocatione itaque Legati ad Regem essent deligendi, qui propensum eius in Rempublicam animum explorent, auxilia petant, quibus debita persolvere, atque ob vicinos, quorum fides suspecta esse debet, Regni fines queant custodire; et praeterea certum atque opportunum tempus postulent, quo si in Poloniam reverti nolit (quod mihi de Rege magnanimo ac praestantissimo vix persuadere possum), hanc pro tantis Reipublicae in Suam Maiestatem meritis gratiam rependat, ut liceat ei novum Regem eligere. Reditus vero tempus propter certos statusque illius maris flatus aptissimum Iunio, Iulio, Augustove mense censetur, et Rex interea parabit classem, qua in Poloniam regrediatur. Nec interim a Mosco et Turca, vicinis proximis, valde timendum est, nam ille futurae electionis spe illectus omnibus officiis nobilium animos sibi conciliare studebit, hic vero veteres inducias non rumpet, ne Polonis causam praebeat se tradendi Mosco.

N.ro Signore non era in dubbio che Sua Maestà<sup>2</sup>, per prudenza sua, non fusse per pigliare in quel buon senso, che ha fatto, li successi di Polonia<sup>3</sup>. Et se ben l'Imperatore persiste più che mai <sup>(a-ostinatamente in-a)</sup> credere che Sua Santità habbi promosso et favorito le cose di Francia, et si dogli fortemente di Sua Beatitudine et del Legato<sup>4</sup>, tuttavia sapendo la Santità Sua con quanta sincerità è proceduta in questo negotio a favore del Principe Ernesto, et che se la cosa è successa altrimenti di quello che si sperava, è stato per volontà di Dio et non per colpa sua o di suoi Ministri, non si piglia di ciò

---

<sup>1</sup> Nicolaus Ormanetto († 1577), consiliarius intimus s. Caroli Borromaei, episcopus Patavinus ab a. 1570, nuntius in Hispania ab a. 1572.

<sup>2</sup> Philippus II, rex Hispaniae.

<sup>3</sup> Id est electionem Henrici Valesii in regem Poloniae.

<sup>4</sup> De indignatione imperatoris Maximiliani II propter actionem card. Ioannis Francisci Commendone in prima electione Polona (vide supra, N. 37) et de conatibus ad tranquillandum hac in parte regem Philippum per oratorem Hispanicum Romae et nuntium Ormanetto, vide epistularum commercium Dolfini et Gallii, scil. litteras 29 IV, 16, 19, 23 et 29 V datas (Bues NBD III/7, p. 3, 31-33, 42 (etiam adnotationes). Adhuc mense Novembri 1573 Gallius mediationem regis Philippi inter summum pontificem et imperatorem offensum petebat (cfr. eius epistulam ad Nicolaum Ormanetto, 9 XI 1573, Olarra-Larramendi I, p. 252).

più fastidio che tanto et si consola assai <sup>(b-</sup> con la sua coscienza et <sup>b-)</sup> in pensar che il tempo habbi a chiarire tutte queste cose.

Circa poi al ricordo che Sua Maestà Cattolica dà di tener appresso il Re eletto un Nuntio dela pietà, prudenza et bontà che dice, et di far opera che li [172v] Ministri del Re siano Catholici, prudenti et di valore, V.ra Signoria potrà in buon proposito dire a Sua Maestà che N.ro Signore, havendo consideratione a tutte queste [218v] cose, ha deputato Mons. del Mondovi, Prelato del valore et bontà che V.ra Signoria sa, <sup>(b-</sup> et già è ito <sup>b-)</sup> per Nuntio Ordinario, et ordinatogli che nele cose dela Religione et nela eletione de' Ministri stia sempre avertito di ricordar al Re quello che torna in servitio di Dio et beneficio suo particolare, et non comporti che gl'heretici habbino più adito non che autorità appresso la Maestà Sua. Et co' l'occasione di mandare Mons. Serafino a rallegrarsi con la Sua Maestà di questa nova eletione, gli commise che facesse li medesimi officii con il<sup>c)</sup> Re Christianissimo, con la Regente et con l'Eletto<sup>5</sup>, talché crede che gioveranno assai.

Di quello poi che V.ra Signoria dice che dubita che le cose non siano per fermarsi qui, et che Francia sia per pensare a l'eletione del'Imperio, non è dubbio che ci pensa, et è un pezzo che tutte le pratiche che ha in Germania sono indirizzate a questo fine, ma ben un segno a pensare che il Turco le fomenti, né che habbia parte nela eletione di Polonia<sup>d)</sup>.

[219r] Dela reductione dela Donna d'Inghilterra<sup>6</sup> tutti l'officii che si fanno sono buoni et si devono continuare, ancorché ci sia poca o nulla speranza che ne habbi a seguir buoni effetti.

Circa la licenza di V.ra Signoria già le ho scritto quel che occorre, et credo che ne restarà sodisfatta. Del matrimonio dela Figliola del Re Cattolico co' l'eletto di Polonia, non occorrerà che V.ra Signoria facci altro officio, sinché non si habbia la certezza dela cosa dela Infanta, et alhora se le ordinarà quel che haverà da fare<sup>7</sup>.

a-a) *Supra expunctum*: in quella sua pertinacia

b-b) *Adscriptum supra*.

c) *Sequitur expunctum*: eletto

d) *Sequitur expunctum*: essendo gli sempre stato contrario

<sup>5</sup> Id est cum rege Carolo IX, regina matre Catharina et rege Henrico.

<sup>6</sup> Elisabeth Tudor (1533-1603), regina Angliae ab a. 1558.

<sup>7</sup> Consilium Hispanicum Henrico uxorem dandi unam ex duabus, adhuc minoribus, filiabus Philippi, Isabellam (1566-1633) vel Catharinam (1567-1597), cum sponsione a rege electo facta se infantem Poloniae, Annam Jagellonicam, uxorem ducturum esse, evidenter pugnabat (vide Przyboś-Zelewski DPP, p. 114).

## A. 2.

**Antonius Maria Salviati, nuntius in Gallia  
card. Tholomaeo Gallo**

Lutetiae Parisiorum, 22 VII 1573.

*Nuntiat epum Montis Regalis (Lauro) 9 VII Lutetiam advenisse; quapropter reginam (Catharinam) eum rogasse, ut summo pontifici significaret regem electum, antequam iuramentum praestaret et usquedum extra fines Poloniae esset, excipiendis oratoribus ad se missis contrarium esse. Cuius rei causam esse censet, quod regina timeat, ne propterea electio Henrici in dubium vocetur. Refert se ab electo rege petiisse, ut confirmationem capitulorum de religione, a Ioanne de Monluc subscriptorum, usque ad adventum in Poloniam procrastinaret, ad quod reginam et epum de Morvillier, qui illi colloquio interfuisset, sibi respondisse se ea de re eandem opinionem habuisse, sed omnia ad oratoris ex Polonia reditum distulisse.*

**Or.:** AV, Nunz. Francia 6 f. 374r-376v. In f. 373r inscriptio et vestigium sigilli.  
- **Ed.:** Hurtubise ANG XII, p. 586-588.

Ill.mo et Rev.mo Monsignor etc.

Mons. del Mondevi, che a XVIII, quando io a V.ra Signoria Ill.ma scrisi<sup>8</sup>, non era ancor giunto, a XVIII compare con buona prosperità<sup>9</sup>, per conto del quale la Regina (che prima che andar a San Germano<sup>10</sup> è di qui passata) m'ha mandato a chiamare, et oltre a quello che a XXV del passato le scrissi a questo proposito<sup>11</sup>, mi dice che mentre il Re di Polonia starà in Francia è risoluta che non habbia appresso di se Ambasciatore alcuno residente, et che solo riceva quegli che vengono per congratularse et tornarse a Padroni. La causa che in ciò allega Sua Maestà è che non si giudica convenevole che il Re di Polonia rittenga appresso di se Ambasciatori per trattare con esso loro negotii, nel modo che fa il Re di Francia con gl'altri che ci riseggono, qual'è nel suo Stato et quello possiede come herede de' suoi maggiori. Il che non avviene al Re di Polonia, che è nel Regno d'altri, senza essere ancor stato ricevuto da quegli che l'hanno eletto per loro Re, i negotii de quali non debbe

<sup>8</sup> Cfr. litteras nuntii Salviati eodem die datas in Hurtubise ANG XII, p. 583-586.

<sup>9</sup> Cfr. epistulam ipsius Vincentii Lauro, infra N. 35.

<sup>10</sup> S. Germanus in Pratis (Saint Germain de Prés) prope Lutetiam.

<sup>11</sup> Vide Hurtubise ANG XII, p. 556-557. Etiam Olivier tunc Gallo significabat sibi prohibitum fuisse, quominus in Fontainebleau proficisceretur, vide N. 27.

trattare [374r] prima che loro non arrivi et non habbia commodità di ragunare et essere co'l Consiglio dell'istesso Regno di Polonia, che insieme con i Re è sempre stato solito di governare. Onde avviene che Sua Maestà mi commette di far intender tutto questo a N.ro Signore, accioché comandi a Mons. del Mondovì quel che haverà a fare. Per rispetto del quale, per esser Ministro di N.ro Signore, quando ci fusse sicurezza alcuna che la cosa non avesse ad essere in essemplio tirata da gl'altri Principi, mi dice liberamente Sua Maestà, che non si starebbe su'l rigore di questa deliberatione, quantunque con ogni maturità fatta, ma che volentieri si ammetterebbe per stare et andare con il Re per tutto il viaggio, a guisa degl'altri che seco andranno, per honorarlo et servirlo nelle cose più gravi.

Io a Sua Maestà ho detto che di tutto scriverei subito et abundantemente, come con questa mi par di fare, et soggiunto che Mons. del Mondevì [375r] non è stato qui mandato da N.ro Signore per altro che per honorare il Re di Polonia et per mezzo del suo Ministro sodisfare all'animo suo che con infinita contentezza ha sentita questa elettione in Principe di tanto valore, religione et bontà, et che con tanti onorevoli progressi et fatiche si è fatto meritevole della benvolenza del Summo Pontefice che regge et governa la Chiesa di Dio, in favore del quale ha Sua Maestà perpetuamente consigliato, combattuto et guerreggiato.

Tutto questo ho passato con la Regina nel suo giardino delle Toulerie<sup>12</sup>, et in tempo che era in procinto di mettersi a tavola per cenare. Et a tutto il ragionamento volle Sua Maestà che fusse presente Mons. di Morvigliero<sup>13</sup> per mostrare che questa era deliberatione nata con maturo consiglio. In presentia del quale Morvigliero, né d'altri, dappoi in qua ch'io pratico in questa Corte, mai più usò Sua Maestà di trattare con esso meco.

[375v] Che Sua Maestà non approvi che appresso il Re di Polonia non risegga Nuntio sin tanto starà in Francia, per quello ch'io ho già detto, non accade dubitare. Se ben vo pensando che ci sia[no] degl'altri rispetti, oltre a quelli che di sopra ho detti, et che tutto nasca dalla suspitione nata che per infiniti mezzi de quegli che, o per sè o per altri, sono stati competitori al Regno, s'habbia a cercare di revocare in dubio la elettione già fatta<sup>14</sup>, in tanto che se bene non si dubita de' Principi che sono bene affetti verso questo Stato, non è però che non s'habbia l'occhio adosso a loro Ministri, con dubio che possino dagli emoli esser guadagnati.

Il ragionamento sopra di ciò con Sua Maestà havuto portò che si raggionasse ancora de' capitoli che Mons. di Valenza ha sottoscritti ad istanza degli heretici Pollacchi<sup>15</sup>. Per il che con molte ragioni cercai di persuadere a

<sup>12</sup> Tuileries, palatium regium prope Lutetiam, cuius aedificatio iubente Catharina a. 1564 coepta est.

<sup>13</sup> Ioannes de Morvillier (1507-1577), epus Aurelianensis a. 1552-1564, consiliarius regius.

<sup>14</sup> Postulata imperatoris Maximiliani in mente habet, cfr. A. 1.

<sup>15</sup> Agitur de confirmatione Confoederationis Varsaviensis et de nova formula iuramenti regii, quae à Ioanne de Monluc Varsaviae approbata erat, vide N. 16.

Sua Maestà et a Mons. di Morvigliero che [376r] se il Re di Pollonia gli avesse confermati, haverebbe diversamente operato da quello che i buoni ecclesiastici aspettano da Sua Maestà, considerato come ella habbia sempre proceduto; quale ciò facendo si sarebbe anco messa a manifesto pericolo di alienarsi gl'animi de' Cattolici di Polonia, che repugnano a tali capitoli, che in quel Regno avanzano gl'heretici di numero et di forze, et che son quegli da' quali il Re debbe la sua elettione riconoscere. Et però sempre conclusi che sarebbe stato benissimo che il Re havesse rimesso tutto questo negotio a quando sarà su'l luogo.

La Regina et Mons. di Morvigliero unitamente mi dissero che conoscevano benissimo di quanta importanza fussino le cose che da me si adducevano, et che se bene non potevano, né de' capitoli né di quello havesse fatto Valenza, parlare resolutamente prima che Valenza arrivasse (quale non potrà hormai molto indugiare [376v] ad esserci), nondimeno ch'io tenessi per fermo che tutto quello che dal Re di Polonia si fusse possuto rimettere a quando sarà in Pollonia, si sarebbe fatto più che volentieri, perché anco sanno che quello è un Regno che partecipa nel governo, altrimenti che non fa la Francia che dal suo Re alla fine è governata, non secondo le constitutioni antiche et il parere degl'altri, ma secondo che al medesimo Re pare essere più espediente et convenirsi.

Se'l tempo non mi mancasse direi a V.ra Signoria Ill.ma di alcune poche cose che ci sono in materia della Congregatione de' Prelati, ma non però di molta consideratione. Il tempo dico mancarmi, perché è tardi, et voglio mandare questa alla posta per veder che arrivi a Lione a tempo dell'ordinario. Con quella riverenza ch'io debbo a lei mi raccomando. Di Parigi, li XXII di Luglio 1573.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

(<sup>a</sup>-affettionatissimo et humil.mo servitore  
Il Vescovo Salviati<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

### A. 3.

**Antonius Maria Salviati, nuntius in Gallia  
card. Tholomaeo Gallio**

Lutetiae Parisiorum, 10 VIII 1573.

*Significat epum Montis Regalis (Lauro) - similiter ac reliqui oratores, qui ad regem Henricum gratulandi causa venerint - ex Gallia discedere coactum es-*

*se, quamquam eorum discessus propter aegritudinem ducis Alençonii (Francisci Valesii) aliquantulum retardatus sit; etiam Stanislaum Reszka ad card. Hosium remissum iri, sub praetextu, quod de magni momenti negotiis ipsi commissis Cracoviae referre debeat. Refert coniecturas de moliminibus, quae ad infirmandam Valesii electionem et auctoritatem eius in Polonia minuendam ab imperatore (Maximiliano) struuntur. Describit relationem, quam Ioannes de Monluc, post suum ex Polonia reditum, 6 VIII in regio consilio fecit. Nuntiat praeterea regem Poloniae electum linguam Latinam et Italicam discere apud Iacobum Corbinelli; in itinere in Poloniam regem dominum de Rambouillet comitaturum esse, qui se de quibusdam mercatoribus pontificiis a se non bene tractatis apud papam excusari petit. Refert oratorem Hispanicum a rege Henrico male tractatum esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Francia 6 f. 400r-405v (sine folio inscriptionem continente).

**- Ed.:** Hurtubise ANG XII, p. 602-607.

Ill.mo et Rev.mo Monsignor etc.

Gli Ambasciatori che sono venuti per rallegrarsi dell'elettione di Polonia a V (conforme a quello che io le ne scrissi)<sup>16</sup> non si licentiarono dalle Maestà loro, et questo perché Mons. il Duca<sup>17</sup>, che si era cominciato a sentir il giorno inanzi indisposto, la notte parse che peggiorasse, onde risolsono di volergli cavar sangue la mattina, a che il Re et la Regina et il Re di Pollonia si vollono [sic] trovare, et agl'Ambasciatori feciono intendere che non andassino. Et dipoi, per il medesimo rispetto, si è anco differito il licentiarli, essendosi la Regina per lo più stata da lui. Et hoggi, che dicono che le cose cominciano a passare bene, di buon luogo ho inteso che gli si sono scoperte le petecchie, et che hanno sfogata la lor malitia con il dar fuora in grande abbondanza, et che però la febre è mancata assai et ha doglia della testa, reduttasi quasi che a niente. Hora agl'Ambasciatori faranno intendere che vadino, e tra due o tre giorni (se altro non avviene) doveranno esser espediti.

Mons. del Mondù [sic] penso anco che si risolverà di tornarsene et d' [400v]incaminarsi per Pollonia, perseverando Sua Maestà nel medesimo proposito che non sia bene che risegga alcuno Ambasciatore appresso il Re di Pollonia se prima al suo Regno non arriva, non ostante che Mons. del Mondù habbia aiutato le cose sue et da diversi habbia di sè fatto parlare; de' quali gli è stato risposto che trovano le cose conforme a quello che da me haveva havuto molto prima.

<sup>16</sup> Vide A. 2.

<sup>17</sup> Franciscus, dux Alençonii, frater regis Henrici.

Il Sig. Stanislao, Secretario dell'Ill.mo Varmiense, veggo che vogliono similmente che se ne torni al suo Padrone, et se bene le parole che gli dicano dimostrano che ciò sia, accioché tratti con Signoria Sua Ill.ma di cose molto gravi, et però faccia d'essere in Cracovia con la risposta, quando il Re vi sarà giunto<sup>18</sup>. Nondimeno pare anco che si possa assai facilmente conoscere che tutto nasca dai sospetti che si sono generati che non s'habbia a cercare di disturbare l'elettione già fatta, et sotto protesto di religione di riscaldare i Cattolici di Pollonia contro gl'heretici, con pensiero che per tal via si possa alienare dal Re [401r] o l'una o l'altra parte, attribuendo il tutto all'astutia delli Imperiali, che son tenuti che sappino quando accade ottimamente servirsi della bontà delle persone pie, senza scoprir i loro interessi di Stato. Dal che avviene che nel trattare che il Re di Pollonia non sottoscriva la Confederatione domandata dagl'heretici del Regno, bisogna esser molto più cauto di quello che ciascuno habbia per chiaro et riceva come primo principio di doversi necessariamente osservar in questo negotio, se si debbe far alcun bene. Et questo perché dubitandosi qui (come s'è detto) che l'elettione già fatta di Pollonia non possa ricevere alteratione o disturbo, considerano et dicano: Mons. di Valenza per acquietare gl'heretici che non aderivano all'elettione fatta nella persona di Monsignor d'Angiù, dopo haver giurata la principal capitulatione con tutto il Regno, sottoscrisse anco la confederatione domandata dagl'heretici, et ciò fece (dicano loro) per ragione di Stato, per liberarsi [401v] di tutti i pericoli imminenti. Adesso se gl'heretici s'accorgono che si negotii tanto caldamente accioché il Re non sottoscriva la Confederatione, eglino dal'altro canto, come necessitati, ardentemente procuraranno la sottoscrizione, la quale quando ottenghino, si porta pericolo che il Re non perda la fattione de' Cattolici, che è la maggiore et della quale nell'elettione ha ricevuto ogni favore; se, per il contrario, non la sottoscrive et che detti heretici non siano esauditi, mossi da ragione molto apparente potrebbero entrare di diffidenza del Re, et anco forse di negarli l'obedientia et dire che vogliono in ogni modo che Sua Maestà li osservi la promessa, fattali dal suo Ambasciatore, senza la quale mai si sarebbero alla elettione acquietati; oltre che anco potrebbero interamente cominciar a diffidar del Re et dubitare di haver ad esser mal'trattati, quando il Re sarà ammesso al governo, conforme a quello che era lor messo in consideratione da quelli che hanno trattato per i competitori di Mons. d'Angiù al Regno di Pollonia. Et tutto [402r] questo (se sia possibile) si vuol fuggire, per andar quietamente al possesso del Regno et in quello confermarsi et stabilirsi.

Mons. di Valenza a VI fu di ritorno. Et per magnificare le sue attioni pubblicamente dice di haver havuto tutto il mondo contrario, et nomina il Papa, il Turco, l'Imperatore, il Re di Spagna, il Moscovito, il Re di Suecia et quel di Danemarc. Del parentado del Re di Pollonia con l'Infante intendo di buon luogo che ha detto alla Regina che per ancora non è da risolvere che al Regno

<sup>18</sup> De missione Stanislai Reszka vide N. 29.

sia a cuore che succeda, et che di ciò si haveva a trattare dopo la coronatione.

Della sua negotiatione ha Mons. di Valenza fatto relatione in Consiglio, et in essa celebrato il valore et la prudenza de' Polacchi, alla loro bontà quasi più che alla sua negotiatione attribuito l'electione che è stata fatta. Nel che si dilatò infinitamente. I danari dell'entrate che il Re di Pollonia ha in Francia, ha detto che il Re non sarà obligato di fargli pervenire nelle mani de' Thesaurieri [402v] del Regno di Pollonia per spenderli in servizio del Regno, ma che Sua Maestà ne potrà disporre a sua fantasia; et questo perché quando si ragionò di tal particolare egli disse al Regno che trattare che un Re non possa spendere a suo modo le sue entrate, era cosa da Re tanto difforme che si conveniva solamente a quelli che si fanno frati, li quali in tal caso fanno voto di povertà et lasciano a quelli che governano la disposizione delle loro ricchezze. La Confederatione domandata dagli heretici, Mons. di Valenza in pieno Consiglio negò di haver sottoscritta, non ostante quello che per altra si sia et visto et inteso.

Et per quello che a se aspetta, disse di non volere da questo Re remunerazione alcuna, non havendo trattato il negotio di Pollonia per altro che per beneficio et honore del Regno et Casa di Francia, alla quale ha perpetuamente servito; et intende ancor di farlo maggiormente in avvenire. Nondimeno si ragiona che gl'habbino ad esser donati 200 milia franchi di danari contanti et di molte entrate, et che il suo figlio, che è giovane di spirito, sarà anch'esso bene accomodato. Et quelli che in Consiglio furono presenti alla relatione sono: [*sequuntur nomina regis Galliae Caroli IX, reginae matris Catharinae, regis Poloniae Henrici, regis Navarrae Henrici de Bourbon, principis de Condé, 3 cardinalium et 19 aliorum consiliariorum regni Galliae.*]

[403v] Il Re di Pollonia comincia ad attendere alla lingua latina et italiana, et si esercita con Giacomo Corbinelli, Fiorentino, che era a servitii di Monsignor il Duca<sup>19</sup>. Mons. di Rambuglietto, che venne a Roma a render l'obedientia, è destinato ad andare in Pollonia per risedere in quel Regno, come huomo del Re, sin'al suo arrivo. Quale Mons. di Rambuglietto si è doluto con esso meco di alcuni mercanti che hanno cerco di ottenere con il suo favore una tratta de grani da N.ro Signore per farne mercantia, et non per quei rispetti che a lui disse quando a N.ro Signore ne parlò. Et di questo mi ha pregato di scriverne a V.ra Signoria Ill.ma, accioché lo scusi con N.ro Signore et egli faccia favore di render certa Sua Beatitudine che lui non è stato mai consapevole dello strattagemma di quei mercanti che volevano la fatta, anzi che contra di loro è molto adirato.

L'Ambasciatore di Spagna<sup>20</sup> non ha ancor visitato il Re di Pollonia, et questo perché gli fu l'altro giorno assegnata l'audienza, [404r] et il Re di Pol-

<sup>19</sup> Iacobus Corbinelli (1535-1590), ex nobili familia Florentina, litterarum cultor, praeceptor Francisci ducis Alensonii ab a. 1570, postea comitatus est regem Henricum in Poloniam.

<sup>20</sup> Didacus de Requesens y Zuñiga, orator Hispaniae in Gallia a. 1572-1577, frater Ludovici, gubernatoris Inferioris Germaniae, et Ioannis, oratoris Hispanici Romae.

lonia, chiamato dal Christianissimo, andò alla caccia et non aspettò l'Ambasciatore. Al quale non essendo stato fatto intendere, con quella diligenza che si doveva da chi n'ebbe la cura, che non dovesse andare, gli parve un poco strano di arrivar a Madril et non vi trovar persona. E tanto gli parve strano, che dice non vi voler più tornare, et anco qualche altra parola un poco più ardente. Per il che da i Ministri del Christianissimo gli è stato detto che, se gli uffitii fatti dagl'altri Ministri di suo Padrone non hanno potuto impedire l'elettione di Pollonia nella persona di Mons. d'Angiù, molto manco gli potrà nocere l'esser o no visitato dall'Ambasciatore che in Francia risiede. Et con questo ogn'uno si sta. [*Sequuntur informationes ad res ecclesiasticas et publicas Galliae spectantes*]. A V.ra Signoria Ill.ma bacio le mani, facendole humilissima riverenza. Di Parigi, li X di Agosto 1573.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

(<sup>a</sup>-affetionatissimo et humil.mo Servitore  
il Vescovo Salviati<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>Autographum.

#### A. 4.

**Adamus Konarski, epus Posnaniensis,  
card. Tholomaeo Gallo**

Lutetiae Parisiorum, 11 IX 1573.

*Per Stanislaum Reszka, Romam revertentem, eum salutatur et obsequia sua ei defert. De gestis Lutetiae eundem Reszka mandatu suo ei viva voce relaturum esse significat.*

**Autogr.:** AV, Nunz.Francia 6 f. 743r (sine folio inscriptionem continente). Ibidem, in f. 472r et 474r epistulae oboedientiales Alberti Łaski et eiusdem Adami Konarski ad summum pontificem eodem die per Stanislaum Rescium missae

Ill.mo et Rev.mo Signore et Padrone mio osservantissimo.

Con questa occasione di Mons. Stanislao Rescio, Secretario di Mons. Ill.mo et Rev.mo Varmiense, che se ne ritorna da cotesta Corte a Roma, non ho voluto mancar, così astretto dall'obbligo dell'antica servitù mia con lei, di farle riverenza con queste poche righe, sì come humilissimamente faccio, supplicando la Signoria V.ra Ill.ma di conservarmi per suo affetionatissimo

servitore nela memoria sua. De le cose nostre, come sieno passate qui tra noi et il Ser.mo Re Eletto di Polonia, V.ra Signoria Ill.ma haverà pienissimo raguaglio dal detto Sig. Rescio, al quale io ho dato questo ordine che ne faccia ancora partecipe V.ra Signoria Ill.ma di tutto quello che s'è fatto qui da noi. Et non havendo per hora altro che dirle a V.ra Signoria Ill.ma, humilissimamente mi raccomendo. Di Parigi, a li XI di Settembre 1573.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

fidelissimo servidore  
Adamo Conarschi  
Vescovo di Posnania

#### A. 5.

**Antonius Maria Salviati, nuntius in Gallia  
card. Tholomaeo Gallio**

Lutetiae Parisiorum, 14 IX 1573.

*Certiore eum facit se 11 IX per Stanislaum Reszka litteras ad eum dedisse et omnes epistulas ac scripta, de rebus Poloniae tractantia, secundum mandata sibi data, epo Montis Regalis (Lauro) tradidisse. Caeremoniam, in qua decretum electionis Henrici in regem Poloniae lectum est, et eius sollemnem ingressum Lutetiam describit. Nuntiat itinerarium regis in Poloniam ituri nondum statutum esse, sed si per Germaniam transire deberet, eum certo per Moguntiam iturum esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Francia 6 f. 481r-483r. In f. 483v inscriptio et vestigium sigilli.

**- Ed.:** Theiner AE I, p. 373 et Hurtubise ANG XII, p. 631-633.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore etc.

Il Sig. Stanislao, Secretario dell'Ill.mo Varmiense, partì l'altra mattina, et per esso sotto data degl'XI a V.ra Signoria Ill.ma scrissi<sup>21</sup>. Tutte quelle che mi son capitate dirette a Mons. del Mondevì, ho sempre date nell'istesso punto che mi son comparse, et a Sua Signoria ho lasciato il carico delli negotii concernenti gl'affari di Pollonia, come V.ra Signoria Ill.ma per altre mie haverà potuto conoscere.

<sup>21</sup> Litteras 11 IX datas, per secretarium card. Hosii allatas, ed. Hurtubise ANG XII, p. 629-631.

[*Sequitur relatio de negotio Avenionensi, commendatio Caesaris Fontanae et cuiusdam episcopi Hiberni pauperis*].

Il decreto dell'elettione di Pollonia nella sala grande del Palazzo dove si rende ragione, è stato dagli'Ambasciatori presentato al nuovo Re, in testa della quale (quando gl'Ambasciatori Polacchi comparvono) era il Christianissimo<sup>22</sup>, che sedeva sotto il baldacchino, et alla destra haveva la Regina Madre<sup>23</sup> et il Re di Polonia, et alla sinistra la Regina Regnante, Mons. il Duca, il Re di Navarra, la Regina di Navarra, la Principessa di Navarra<sup>24</sup>, tutti sopra sedie, da Mons. il Duca et la Principessa di Navarra in poi, che sedevano sopra scabelli. Il Vescovo di Posnania fece l'oratione, al quale il Re di Polonia rispose alcune parole latine. Et alla seconda replica rispose in nome del Re Mons. Sciauregni, suo Cancelliere<sup>25</sup>. Et il decreto dell'elettione fu letto alta voce da Io[annes] Herbut de Fulstyn, Castellanus Sanocensis, Ambasciatore Polacco, stando in piedi, scoperto, et alla destra havendo Andreas [482v] Comes a Gorka, Castellanus Miedzirzecensis, et alla sinistra Io[annes] Thomisky, Castellanus Gnesnensis, che gl'aiutavano a tenere il decreto qual'è in carta pergamina et sugillato di molti sugilli che vi son pendenti. In esso alla fine non è altro che un rogito dell'elettione fatta nella persona di Mons. d'Angiù, dove prima son nominati gl'Elettori et poi si fa mentione di tutte le Provincie sottoposte al Re di Pollonia. Et in generale si dice che il Re sia obligato d'osservare tutte le leggi del Regno, antiche et moderne, et in ultimo son posti alcuni testimonii<sup>26</sup>.

Il tutto passò con tanto bell'ordine et quiete che dette ammiratione a tutti quegli che son pratici in Francia, che vedevano come le cose si trattavano et che in quella sala era gran numero di nobili et tanti altri che passavano 12 mila [!] persone.

Hoggi poi il Re di Polonia ha fatta la sua entrata in Parigi per la Porta di Santo Antonio in mezo a Mons. il Duca et il Re di Navarra. Et il tempo non ci ha serviti molto bene. Et ha cenato nella gran sala [483r] con il Christianissimo, che è stato regalmente servito.

Del giorno della partita per Polonia et della via che doveranno fare non si sa ancora la ressolutione certa, ma quando si deliberi l'andata per Germania, pigliarà il Re di Polonia il camino per Maguntia.

[*De controversiis inter duces Mantuae (Gulielmum de Gonzaga) et duces Nivernensem (Ludovicum de Gonzaga) super bonis eorum hereditariis*]. Con

<sup>22</sup> Carolus IX.

<sup>23</sup> Catharina de Medicis.

<sup>24</sup> Hoc ordine dispositi: regina Elisabeth, uxor Caroli IX, dux Franciscus Valesius, rex Henricus Borbonius, eius uxor Margarita Valesia et eius soror Catharina.

<sup>25</sup> Philippus de Cheverny.

<sup>26</sup> Vide decretum electionis 16 V 1573 promulgatum. Textus originalis ad aetatem nostram non est asservatus. Textum Lutetiae perlectum ediderunt ex diario legationis Polonae Przyboś-Zelewski DPP, p. 198-208.

che a V.ra Signoria Ill.ma bascio humilmente le mani *etc.* Di Parigi, li XIII di Settembre MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

(<sup>a</sup>-affett.mo et humil.mo servitore  
il Vescovo Salviati<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## A. 6.

### Capitulum Cathedrale Cracoviense card. Ioanni Francisco Commendone

Cracoviae, 23 IX 1573.

*Ad litteras eius 27 VIII datas respondent et nuntiant se iam non habere domum aliquam canonicalem, quae nuntio pontificio, epo Montis Regalis, ad habitandum attribui possit, cum omnes eiusmodi domus episcopis ad sollemnem regis coronationem adventuris iam concessae sint. Quod tamen negotium facilius certo ab epo Cracoviensi expediri posse putant, qui a marescalco regni (Ioanne Firlej) non difficulter obtinere possit, ut commodum aliquod et decorum domicilium ei assignetur; suadent, ut ea de re ipse ad episcopum perscribat.*

**Or.:** AV, Lett.Principi, ms. 27 f. 193r. In f. 194v inscriptio et vestigium sigilli.

Illustrissime ac Rev.me Domine, D.ne Clementissime.

Ex litteris Rev.mae et Ill.mae Dominationis V.rae, quas ante biduum de data Sulieioviae die 27 Augusti accepimus, intelleximus Rev.mum D.num Episcopum Montis Regii a Ss.mo Domino Nostro in Polonia Nuntium destinatum esse. Quare hortatur nos Ill.ma et Rev.ma Dominatio V.ra, ut domus illi a nobis attribuat. Equidem pro debita nostra erga Sedem Apostolicam observantia, libenter hac in parte Rev.mo Domino Nuntio Apostolico de aliqua domo nostra canonicali, ubi commode ex dignitate istius Sanctae Sedis habitare posset, commodarem, verum iam omnes plane domus nostrae, quae commodiores esse ad eam rem videbantur, nonnullis Rev.mis Dominis Episcopis Regni huius iampridem ad diligentem ipsorum instantiam, a quibusdam fratribus, qui domorum huiusmodi usum habent, pro actibus istis

solennibus, quos hic propediem celebrandos iri speramus, ad inhabitandum concessae sunt. Quantum tamen in nobis situm erit, dabimus operam, ut ex officio Magnifici D.ni Mareschalci Regni<sup>27</sup> commoda aliqua domus Rev.mo Domino Nunctio attribuat. Verum faciliori negotio ac cum maiore dignitate hoc confici posse existimamus, si Rev.mus D.nus noster Episcopus Cracoviensis<sup>28</sup>, uti loci ordinarius, eam curam pro debito officii sui susciperet. Qui cum munere senatorio polleat, non difficulter hoc apud Magnificum D.num Mareschalcum Regni obtinebit. Facturum autem id Rev.mum D.num Episcopum Cracoviensem non dubitamus, si eum Ill.mia Dominatio V.ra ea de re admonere, vel potius cerciorem facere, suis litteris dignabitur. Caeterum, ut nos Dominatio V.ra Rev.ma Ill.maque de die adventus sui Cracoviam cerciores faciat, ab ea obnixè rogamus. Quod superest, Dominationem V.ram Rev.mam et Ill.mam optime valere optamus. Datum Cracoviae, die XXIII Septembris, Anno Domini 1573.

Eiusdem Rev.mae Ill.maeque Dominationis V.rae

servitores addictissimi  
Praelati, Canonici ac totum Capitulum  
Cathedralis Ecclesiae Cracoviensis

N. 7.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Henrico, regi Poloniae electo**

Romae, 27 IX 1573.

*Declarat summum pontificem ad adorationem regum, in petra insculptam, ei dono missam, indulgentias particulares adiunxisse, quotiescunque ante eiusmodi sculpturam coronam rosarii pie recitaverit, necnon semel in mense et quater in anno, postquam peccata sua sacerdoti confessus fuerit et s. communionem pie sumpserit, indulgentiam plenariam ei impertivisse.*

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 113r-v. Ad caput minutae alia manu in schedula: "Indulgenze concesse da G[allio] a Imagine da Sua Santità mandate all'Eletto Re et al Duca d'Alanson".

<sup>27</sup> Ioannes Firlej, qui praeter munera palatini et capitanei Cracoviensis etiam officio marescalci regni fungebatur (ab a. 1563).

<sup>28</sup> Franciscus Krasinski.

Ego Ptolomaeus Gallius, miseratione divina tituli S. Agathae S.R.E. presbyter Cardinalis Comensis, attestor et fidem facio Ss.mum D.num Nostrum Gregorium Papam XIII<sup>um</sup> vivae vocis oraculo mihi facto<sup>a)</sup>, cum dono mitteret Ser.mo Regi Poloniae Electo sacram historiam adorationis Regum, petra, Agatha vocata, insculptam et auro, argento gemmisque tectam et ornatam, eas illi indulgentias quae sequuntur, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, suaque auctoritate confisum, concessisse:

Ut quotiescunque idem Rex Electus ante Sacram Historiam praefatam flexis genibus pie ac devote coronam recitaverit, decem, in omnibus vero diebus festis viginti quinque, et in Sanctorum Apostolorum festivitatibus centum annorum indulgentiam consequatur.

Praeterea, ut semel in mense et in singulis quatuor solennitatibus principalibus, scilicet Nativitatis Domini, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes et Assumptionis gloriosissimae Matris Dei, postquam peccata sua rite confessus sacerdoti fuerit et Ss.mam Eucharistiam devote sumpserit ac simili modo coronam recitaverit, plenariam omnium peccatorum indulgentiam et absolutionem habeat. Quam eandem indulgentiam etiam in mortis periculo<sup>b)</sup> [113v] consequatur. Datum Romae, die XXVII Septembris M.D.LXXIII<sup>29</sup>.

<sup>a)</sup> *Hic adnotatur lectio varians pro documento ad Franciscum Valesium, duces Alansonii, fratrem regis, conficiendo: cum Ser.mo Duci Alansonii muneri mitteret auream Ss.mi Crucifixi, Redemptoris nostri, imaginem, eas illi indulgentias, quae sequuntur etc*

<sup>b)</sup> *Sequitur expunctum: post sacram communionem rite sumptam et recitatam aliquoties, si poterit, orationem dominicam et salutationem angelicam, vel saltem pietate ac devotione sua, quibus poterit signis indicata*

## A. 8.

### Henricus, rex Poloniae Gregorio XIII, pontifici maximo

Villers Cotlerets, 13 X 1573.

*Pro litteris gratulatoriis propter electionem suam in regem Poloniae et pro nuntio, epo Montis Regalis (Lauro), ad se misso gratias agit.*

<sup>29</sup> Supramemoratas litteras et dona in eis nominata Lutetiam portabat Iesuita Gallicus, pater Edmundus Auger, qui ea 23 XI 1573 regi Henrico porrexit; vide eius epistolam ad card. Tholomaeum Gallico, 24 XI 1574 datam (Theiner AE I, p. 383-384).

**Or.:** AV, Lett.Princ. 33 I f. 60v-60ar (membrana). In f. 60r inscriptio, sigillum et adnotatio: "Sopra la congratulatione fatta per l'elezione di Polonia".  
**- Ed.:** Theiner AE I, p. 372.

Tressainct Pere,

Par Levesque de Montdevis nous avons receu les lettres, quil a pleu a Vostre Saincteté nous escrire sur nostre Election a la couronne de Polougne et la charge, que ledict Evesque a de nous nunce dicelle<sup>30</sup>. Par à nous ressentons de plus en plus lamour et benevolence paternelle, de laquelle it a tousiours pleu Vostredicte Saincteté nous embrasser, dont nous n'avons voulu obmectre a la remercyer de rechef tresaffectueusement par ceste presente, oultre les autres letters, que nous avons ja escriptes, pour nous acquicter de ceste office, La supplyant croyre que ledict Evesque, et tous autres qui nous seront envoyez de sa part, nous seront tousiours en la recommandation, que merite l'obeissance et reverence, que nous desirons perpetuellement luy contineur. Et a tant, Tressainct Pere, nous supplions le Createur que icelle Vostredicte Saincteté in vueille longuement preserver et garder au bon regime et gouvernement de nostre mere Sainte Eglise. Escript a Villiers Costeretz, le XIII<sup>me</sup> jour d'Octobre 1573.

Vostre devot et obeissant filz

Henry<sup>a)</sup>

Fizess

<sup>a)</sup> *Autographum.*

## A. 9.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Stanislao Warszewicki SJ, rectori collegii Vlnensis**

Romae, 12 III 1574.

*Sperat eum, brevibus pontificiis et litteris card. Hosii acceptis, confestim in Suetiam profectum esse et mandat ei, ut - per reginam (Catharinam) et alios - a rege Suetiae obtinere conetur, ut is partem classis suae regi Hispaniae (Philippo II) ad sedandam rebellionem in Flandria exortam auxilio mittat; quo beneficio regem Suetiae gratum regis catholici animum sibi conciliaturum, militibus stipendia comparaturum, lucrosa cum Belgis commercia aucturum et certiozem spem recuperandae partis hereditatis Polonicae in ducatu Barien-*

<sup>30</sup> Vide N. 17.

*si, ei ex dote reginae uxoris suae debitae, concepturum esse arbitratur. Quod negotium Varsevicium, communicato cum oratore gubernatoris Flandriae consilio, ad optatum exitum perducere debere. Cum ei hac in parte nuntius reginae Romam missus (Rossini) adiumento esse possit, litteras ad eum datas adiungit et mandat, ut oratori etiam Hispanico Vindobonae degenti ea in re fidem habeat; se de omnibus accurate certiozem fieri iubet.*

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 131r-135r.

**- Summarium:** Biaudet SSND, p. 89.

(<sup>a</sup>-Adm. Rev.do in Christo Patri Stanislao Varsavitio,  
Collegii Iesuitarum Vilnae Rectori etc., die XII Martii<sup>a</sup>)

Adm. Rev.de in Christo Pater. Persuasum habeo Paternitatem Tuam, postquam Ss.mi Domini Nostri brevia acceperit et ex litteris Ill.mi Domini Cardinalis Varmiensis plenius cognoverit, quam ob causam a Sanctitate Sua in Suetiam destinata sit<sup>31</sup>, confestim eam - pro ipsius fide ac zelo debitaque obedientia - ad ea, quae in mandatis habuit peragenda, prompto ac libenti animo fuisse profectam. Nunc vero Sanctitas eius considerans, hac oblata occasione tui ad illas partes adventus, posse abs te uno et eodem tempore aliis etiam de rebus, magnopere ad Dei honorem et bonum publicum pertinentibus, agi et tractari, voluit brevia haec, quae cum litteris sunt, et quae sequuntur, ipsius nomine perscribi.

Nosse debet Paternitas Tua, quo in statu res Flandriae sint, quas molestias, quas impensas Ser.mus Rex Catholicus sustineat, ut regionem illam ab impetu suorum et Dei simul rebellium tueatur, illudque tam atrox et diuturnum bellum, quia magnam virium Catholicae Maiestatis [131v] partem occupat<sup>32</sup>, maximum toti Reipublicae Christianae damnum attulisse et in dies afferre, praesertim ob gravissima et evidentissima a Turcis pericula imminencia. Ad idem propterea bellum saepius instaurandum et alendum nihil magis hostibus profuisse, quam naves et auxilia maritima, quae ipsis iuncta et sumministrata fuerunt; ac dubium non esse, quin Maiestas Catholica, si mari superior evadat, facile finem omnibus illis vexationibus sit impositura.

Haec igitur Ss.mus Dominus Noster perpendens, ac sciens Ser.mum Regem Suetiae magnam validamque classem habere solitum esse, qua in praesens non utatur, quoniam pax ei cum Rege Daniae sit<sup>33</sup>, nec illa contra

<sup>31</sup> De hac missione et de litteris card. Hosii, 13 VII 1573 datis, vide N. 80.

<sup>32</sup> Sermo est de seditione contra Hispanos exorta propter vexationes et molestias, a. 1567-1573 a gubernatore Ferdinando Alvarez de Toledo, duce Albae, adhibitae, qui a. 1572 imperium aliquarum partium provinciarum Hollandiae et Selandiae amisit.

<sup>33</sup> Fridericus II.

Moscum opus habeat, quia adversum illum terrestri tantum modo geritur bellum, et propterea Maiestatem ipsius posse ingenti cum totius Christiani populi commodo Regem Catholicum sive tota classe sua sive illius parte ad extinguendum Flandriae bellum iuvare, Sanctitas eius censuit Paternitatis Tuae operam propter ipsius prudentiam et dexteritatem valde ad hoc opportunam fore. Cupit itaque, ut ipsa huic actioni omni animi studio in[132r]-cumbat et Ser.mae Reginae<sup>34</sup> pietati primum ad id Regi insinuandum et persuadendum et deinde aliorum ministrorum, quos aptos congoverit, auxilio et auctoritati innitatur. Inter multas autem gravesque rationes, quibus Regi hoc persuaderi possit, hae, quae sequuntur, magni ponderis Ss.mo Domino Nostro visae sunt:

Regi Suetiae valde charum et optatum esse debere eiusmodi occasionem sibi offerri, qua possit Regem Catholicum tanto beneficio sibi obstringere, a quo propter summas illius opes et potentiam animique magnitudinem ea speranda et expectanda gratiae relatio sit, quae tanto illo Rege digna videatur, ipsumque maxime contentum reddat, cum praesertim ipsa tempora non parvas ad id opportunitates afferre possint. Certum praeterea commodum ex hoc ad Suetiae Regem illiusque homines perventurum, propterea quod magnum honorificumque stipendium classis nomine praesenti pecunia a Maiestate Catholica solvetur. Inter Suecos autem et Belgas ex hac occasione commercia auctum iri multaque inde ad Regem Suetiae et illius populos lucra et commoda perventura. [132v] Regem Catholicum nulla re magis quam hoc classis auxilio devinciri et impelli posse, ut enixe faveat auribus et praetensionibus Regis Suetiae in Ducatu Barensi et aliis statibus Regni Neapolis, <sup>(b-</sup>ad hereditatem Polonicam pertinentibus<sup>35</sup>, et hac via ad optatum exitum facile perventum iri<sup>-b)</sup>. Regem praeterea Suetiae egregio facinore magna apud Deum merita et ingentem apud homines gloriam acquisitum nomenque suum apud omnem posteritatem aeternae memoriae commendaturum. Sanctissimum denique Dominum Nostrum ex ea re aliosque bonos et magnos Principes ingentem animi laetitiam suscepturos et grati animi indicia omni tempore erga Suetiae Regem edituros.

His igitur aliisque similibus rationibus, quas tua tibi prudentia suggeret, <sup>(b-</sup>ac Reginae potissimum aliorumque, ut dictum est, auctoritate nixus<sup>-b)</sup>, Regis animum ad supradicta praeparare et propensum reddere conaberis. Hoc tamen totum negotium aperies, antequam ad te veniat et tecum loquatur homo is, qui dedita opera a Flandriae Gubernatore <sup>(b-</sup>et Capitaneo generali eodemque maiore Regni Castellae Praeceptore<sup>-b)</sup><sup>36</sup> istuc mittetur hac ipsa de re plenius acturus. Interim enim, dum is veniat, satis erit [133v] a Paternitate Tua generatim Regis Catholici merita, potentiam et magnitudi-

<sup>34</sup> Catharinae Iagellonicae.

<sup>35</sup> Regina Catharina post mortem matris Bonae et fratris Sigismundi Augusti ius hereditavit ad partes ducatus Bariensis et Rossanensis, cfr. N. 80.

<sup>36</sup> Ludovicus de Requesens y Zuñiga (1528-1576), gubernator Inferioris Germaniae, postquam 17 XI 1573 dux Albae revocatus est.

nem praedicari, amicitiam ac societatem illius omnibus quantumvis magnis Regibus honorificam atque utilissimam esse demonstrari. De classe autem verbum fieri non oportebit, nisi cum praefatus homo ex Flandria venerit, quo tempore ita ages, ut supra expressum fuit ac quemadmodum ab ipso nuncio requisitus fueris. Huic autem actioni tam gravi et ad universae Christianae Reipublicae commodum et salutem pertinenti quanto maiore poteris studio, prudentia, dexteritate incumbes et Sancti Spiritus auxilium assiduis ad Deum orationibus implorare non desistes. Quod idem Ss. mus Dominus Noster faciet et praeterea nos omnes, ut hac ratione, quando aliter non possumus, publicam salutem et actiones has tuas adiuvemus.

Existimatur satis auxilii impertiri posse a Rege Suetiae, si naves eae, quas dare voluerit, tormentis bellicis, nautis aliisque rebus ad navigationem necessariis instructae sint et ad illum Flandriae portum capiendum cursum dirigant, qui magis opportunus eidem Flandriae Gubernatori visus fuerit, ubi postea milites ad expeditionem necessarii in naves imponantur, [133r] ne scilicet tam longa navigatione milites diutius afflicentur et comatus frustra consumantur. Si tamen etiam magis placeret, antequam ex Suetia naves solverent, aliquas militum copias in eas poni pro ipsarum defensione, quoad in portum destinatum appellerentur, dummodo locus in eisdem ad maiorem partem militum Regis Catholici in Flandria capiendam relinqueretur, crederem nihil hoc impedimenti expeditioni allaturum. Sed haec simul cum pactis et conditionibus aliisque rebus, quae stabiliendae sunt, post adventum hominis ex Flandria melius tractari poterunt. Quare plura non scribam, illud tantum significabo: hanc rem summae curae esse Ss. mo Domino Nostro et eum maximam laetitiam capturum, si optatum de ea nuncium per tuas litteras primo quoque tempore afferretur. Ceteris in rebus ad Ill. mi D. ni Cardinalis Varmiensis litteras me remitto ac Deum tibi propitium precor. Romae.

[134r] Superioribus diebus venit ad Urbem homo Italicae nationis, civis, ut arbitror, Cremonensis, Ser. mi Regis Suetiae servitor, afferens litteras Serenissimae Reginae ea de re, quae Paternitati Tuae nota est, scriptas<sup>37</sup>. Is egregium erga fidem et religionem catholicam animum praeseferebat et operam suam prolixè pollicebatur. Benigneque a Ss. mo Domino Nostro acceptus est et honorifice remissus. Placuit itaque Sanctitati Suae, ut ipsius nomine litteras, quae his adiunctae sunt, ad eum scriberem, requirens, ut fidem tuae orationi habeat de iis, quae abs te exponentur. Ipsas igitur litteras ei trades ac illius consilio et auxilio, si opportunum iudicaveris, uteris ostendesque, si illius adiumento et opera negotium ad optatum exitum perducere contingat, gratam ipsius laborum memoriam et a Ss. mo Domino et ab ipso Rege Catholico habitum iri. Si vero ipse tantae auctoritatis apud Re-

<sup>37</sup> Missus ille erat Petrus Rossini. Vide litteras reginae Catharinae ad Gregorium XIII, Stocholmiae 4 I 1573 datas, quibus ipsum et Thuronem Bielke commendabat (or. AV, Nunz. Germ. 95 f. 276r).

gem non esset, quanta in hoc requiritur, saltem in eo te adiuuare poterit, ut indicet, qui gratia et favore apud Regem polleant, quave ratione auxilium eorum adiungi possit.

[135r] Si a Comite Montis Aguti, Serenissimi Regis Catholici apud Caesarem Maiestatem oratore<sup>38</sup>, aliquid hac eadem de re, vel aliis similibus, Dei honorem publicamque utilitatem concernentibus, ad te scribi contingat, fidem plenam Tua Paternitas ipsius litteris vel nunciis habebit, et quod abs te eius nomine petitum fuerit, apud Regem diligenter curabis. Ita enim Sanctitas Sua fieri mandavit, quam etiam de omnibus, quae abs te agentur, certiore per tuas litteras quanta maxima poteris sedulitate reddes.

a-a) *Alia manu.*

b-b) *Adscriptum in margine.*

## A. 10.

**Stanislaus Karnkowski, epus Vladislaviensis  
card. Ioanni Francisco Commendone**

Cracoviae, 15 III 1574.

*De diuturno in scribendis litteris intervallo se excusat. Refert de novo rege in Polonia sollemniter excepto, de moliminibus haeticorum, de iis, quae coronationis tempore evenerunt, de occisione Andreae Wapowski, de nuntiorum terrestrium Plocensium meritis in refutandis postulatibus haeticorum confirmandae Confoederationis Varsaviensis et Articulorum Henricianorum. Regem laudibus extollit et nuntiat ad Ecclesiam Catholicam in Polonia bona tempora advenisse.*

Or.: AV, Lett.Principi, ms. 27 f. 100r-101r. In f. 101v inscriptio et alia manu: "Resposto a 29 Aprile".

Ill.me ac Rev.me D.ne Domine observandissime.

Diuturni silentii mei, quo hactenus erga Ill.mam Paternitatem V.ram sum usus, causam, non negligentiae meae, sed partim difficultatibus ac mo-

<sup>38</sup> Franciscus Hurtado de Mendoza, comes de Monteagudo, orator Philippi II Hispaniarum regis apud imperatorem Maximilianum II Vindobonae. Eius epistulas de rebus Polonicis scriptas ed. Valerianus Meysztowicz (*Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, Pars. 2, Romae 1964 (Elementa ad fontium editiones, t. 11).

lestiis, quibus me semper expositum esse non ignorat, partim etiam rerum acerbitati adscribat quaeso. Ut enim observantiam meam erga Ill.mam Paternitatem V.ram omni officiorum genere testatam esse cuperem, ita quoque tempestate ac fluctibus Reipublicae nostrae illam perturbari minime vellem. Nunc tamen et liberior factus et laetiora nactus, usuram tanti temporis compensare studebo.

Quo desiderio animique aviditate adventum Regis expectabamus, eadem plane venientem excepimus. Nam et in finibus Maioris Poloniae a nobilitate illa gratanter est exceptus, et hic adventanti frequenter et splendide a Proceribus Regni istiusque orae nobilitate obviam est itum, adeo ut ingressu suo splendorem magnificentiamque Regum praeteritorum, atque adeo expectationem ipsam nostram superasse dicatur. Processerunt obviam et haeretici, sed tamen ii postridie multa latenter machinati sunt, quibus in longius tempus coronationem protraherent. Illa enim, quae electionis tempore in cassum tentarunt (ut legum correcturam, iudiciorumque formulam novam), ante coronationem expediri volebant. Studium tamen Catholicorum pervicit, ut omnibus reiectis, Dominica Quinquagesimae, cum summo omnium hominum applausu sit coronatus.

Circa coronationem nonnihil est tumultuatum, nam postquam iuxta formulam in Pontificali descriptam [100v] iurasset, voluit Palatinus Cracoviensis<sup>39</sup>, ut iuramentum ab haereticis conceptum ex schedula iuraret, sed a nobis est strenue repulsus et Rex iuxta formulam statuto comprehensam, me praecunte, iuravit. Quo finito, Palatinus Cracoviensis tumultari coepit, ad eiusque clamorem Palatinus Sendomiriensis<sup>40</sup> accurrerat ac nonnulli alii, Regemque Confoederationis admonebant. Quorum importuno clamore victus, verba haec, iam erectus, domino Archiepiscopo, nihil ista morante, sed sacra ordinie suo prosequente, protulit: Pacem inter dissidentes de religione conservabo, salvis tamen iuribus Regni. Quam clausulam adiecit nobis admonentibus et de iuribus nostris solenniter protestantibus. Hac in re nobis atque adeo Ecclesiae Dei Illustris et Magnificus Dominus Capitaneus Samogitiae<sup>41</sup> strenuam navavit operam. Postridie in foro publico a Civibus Cracoviensibus iuramentum recepit, indeque recta ad nuptias domini Andree Zborowski profectus est, quibus et altera die interfuit.

Sed ubi die Cinerum<sup>42</sup> in arce hastarum apparant ludum, infoelix ac funestus accidit casus. Samuel si quidem Zborowski praeclarum illum ac religionis Catholicae tenacissimum Andream Vapovium, Castellanum Premiensiensem, dum is contentionem inter eum ac Voinicensem Castellanum<sup>43</sup> dirimere conatur, graviter vulneravit, ex quo vulnere postea mortuus est. Di-

---

<sup>39</sup> Ioannes Firlej.

<sup>40</sup> Petrus Zborowski.

<sup>41</sup> Ioannes Chodkiewicz. De eis, quae tempore coronationis acciderunt, et de parte, quam in eis habuit Chodkiewicz, vide N. 72.

<sup>42</sup> 24 II.

<sup>43</sup> Ioannes Tęczyński.

rum hoc et crudele spectaculum fuit, quo non modo laetitiam ac voluptatem Principis perturbarunt, sed et famam gloriamque Regni contaminarunt. Itaque hoc tempus in iudicanda hac causa consumpsimus, neque tamen quicquam adhuc decisum. Spes tamen est, scelus hoc impunitum non iri<sup>44</sup>.

Ex hac [101r] vero procrastinatione illud commodi refferimus, quod hac causa haeretici occupati, ne dicam, fracti, nihil contra nos machinantur et, quantum quidem coniciere possum, languescunt iam studia eorum, nec tantopere Confoederationem illam suam urgent, pudore, ut existimo, victi, protestatione Plocensium virus illius detegente<sup>45</sup>. Et mirum certe est, quantum haec protestatio furorem illorum hebetaverit. Articuli quoque illi, quibus regia potentia astringitur, ne dicam convellitur<sup>46</sup>, evanescent ac brevi in fumum abituros speramus. Urgent quidem haeretici Comitiam, ut sua illa praeclara ad evertendam Ecclesiam Dei excogitata iudicia obtinere possint, sed Plocenses atque Mazovii resistunt Comitiamque eiusmodi esse negant, in quibus agi posset de omnibus, sed tantum ad determinatum actum, hoc est coronationem indicta. Arbitramurque alios, et taedio et constantia Principis victos, illis concessuros.

Quid multa? Quemadmodum antea animis concideramus et pessima quaeque nobis ominabamur, ita nunc veluti certissima oblata salute, confirmamur, ac in eam spem erigimur fore aliquando, ut nobis in Polonia (si Deus omnipotens Principi longiorem concesserit vitam) pax et tranquillitas Ecclesiae optatissima illucescat. Habemus enim Principem Catholicum, pium, prudentem, iustum, iniunctamque quandam animi magnitudinem vel ipso vultu praeseferentem, qui utut nunc nonnihil haereticis concedat, ubi tamen solium suum confirmaverit, acerrimum illum Religionis Catholicae propugnatores fore non dubitamus. Datum Cracoviae, 15 Martii 1574.

(<sup>a</sup>-Negocium D.ni Blinovii, Suffraganei mei, toties commendatum<sup>47</sup>, iterum atque iterum Ill.mae Dominationi V.rae repeto<sup>a</sup>).

(<sup>b</sup>-Ill.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae

addictissimus et perpetuus  
servus  
Stanislaus Epus Wladislaviensis<sup>-b</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Additum in schedula in margine f. 101r  
agglutinata.*

<sup>b-b</sup>) *Autographum.*

<sup>44</sup> De toto hoc negotio vide N. 75.

<sup>45</sup> Vide "Expostulationem nuntiorum terrestrium cum Nicoalo Kossobudzki, notario terrae Plocensis, in comitiis coronationis regiae", Cracoviae 24-27 II 1574 (Wierzbowski U IV, p. 328-333).

<sup>46</sup> Id est Articuli Henriciani, Lutetiae a rege iurati, cfr. N. 16, adnotationem 53.

<sup>47</sup> Agebatur de confirmando canonico Andrea Blinowski, quem Karnkowski ad munus suffraganei proposuit. Provisionem ad episcopatum tit. Margaritanum ad tempus non est consecutus, obiit enim autumnò. 1574.

## A. 11.

**Ignotus:****Postulata a nuntio apostolico [Vincentio Lauro]  
regi [Henrico] porrigenda**

[Cracoviae, initio IV 1574].

*Existimat nuntium a rege postulare debere, ut fidem catholicam defendat, Confoederationem Varsaviensem abroget, vetera decreta adversus haereticos lata exsequatur, ad dignitates et munera publica homines tantum catholicos promoveat, iudicia ecclesiastica super haereticis et in negotio decimarum restituat, ecclesiasticos oneribus publicis liberet et praepositum S. Floriani Cracoviae, iuxta Sigismundi Augusti decretum, Universitati Cracoviensi tradat.*

**Cop.:** Wrocław, BOss, ms. 154 f. 172r-173v (inter scripta Stanislai Karnkowski).

**Quid a Ser.mo Rege Ill.mus D.nus Nuncius Apostolicus petere debeat  
et in quo auxilium et brachium eius implorare<sup>a)48</sup>**

1. Primum omnium, ut fidem Catholicam, iuxta veterem Sanctae Romanae Ecclesiae observantiam, a prima Regni istius institutione vigentem, et iuxta iuramentum in manibus coronationis [...] <sup>b)</sup> altera ab ipso factum, conservet et augeat.

2. Confoederationem impiam, sectas et dissidia foventem<sup>49</sup>, non promoveat; quinimo, tanquam contra Deum institutam, ad cuius observantiam non obligatur, abrogandam curet.

3. Iudicium de haeresi, ut ad forum spirituale pertineat<sup>50</sup>.

<sup>48</sup> Ut ex argumentis in eo tractatis patet, scriptum hoc eo temporis intervallo exaratum erat, quod coronationem Henrici Valesii (cfr. n. 1) ab eius fuga ex Polonia, 17 VI 1574 patrata, dividit. Terminus, extra quem confectio eius collocari nequit, est mensis October a. 1574, quo templum evangelicorum Cracoviense, vulgo "Bróg" nuncupatum, incendio deletum est (cfr. n. 10). Scriptum hoc procul dubio nuntio porrectum vel viva voce relatum est, antequam medio mense Aprili a. 1574 regem coram conveniret eique aliqua postulata, in ipso contenta, proponeret (cfr. N. 93). Sermo parum elegans et inconcinuus ostendere videtur auctorem eius non fuisse Hosium (cfr. notam postea additam: "Conceptit Hosius") neque Karnkowski (licet in copiarum epistularum eius conservatum sit), mentiones autem de templo "Bróg" vocato et praepositura S. Floriani Cracoviae, nimis minutae et exiguae, si cum ceteris postulatis conferantur, ad capitulum Cracoviense nos ducunt, vel fortassis ad ipsum Martinum Izdbieński, qui tam cum nuntio quam Carnovio arcta necessitudine iunctus erat (cfr. ex.gr. N. 129).

<sup>49</sup> Scilicet Confoederationem Varsaviensem a. 1573.

<sup>50</sup> Iurisdictio iudiciorum spiritualium in causis de haeresi in comitiis Petricoviensibus a. 1555 suspensa et in comitiis Petricoviensibus a. 1562-1563 omnino abrogata est.

4. Ordinarios auctoritatem suam contra Haereticos exercere permittat, praesertim contra blasphemantes Sanctissimam Trinitatem, Sacramenta et Sanctos etc., quale mandatum (c. declarat Ser. mus Augustus Rex<sup>c)</sup>)<sup>51</sup>.

5. Ut homines Catholicos ad honores et dignitates promoveat et officia conferat. Privilegium a Nicolao Dzierzowski, Archiepiscopo Gnesnensi<sup>52</sup>, ea de re obtentum, de data Cracoviae 1550, observet<sup>53</sup>.

6. Ut ad Episcopatus viros dignos et idoneos nominet.

7. Ad Abbatias conferendas non se ingerat, sed liberam electionem servari paciatur.

8. Tempa in bonis suis regalibus occupari ab Haereticis non permittat, occupata restitui mandet, proventus ex eisdem bonis dari integre praecipiat.

[172v] 9. Similiter in bonis nobilium templa et ecclesias ab Haereticis occupatas recuperet. Pulsi Sacerdotes et alii Ministri Ecclesiastici, ut in pristinam possessionem restituantur.

10. Ut in bonis regalibus et nobilium, praesertim in urbibus principalioribus suis, nullas novas scholas, nullas novas sinagogas, in quibus iuventus infici solet, ab Haereticis fieri permittat; quinimo det operam, ut illa domus Cracoviae Brok appellata non frequentetur<sup>54</sup>.

11. Ad iudicia nova, constituta a saecularibus reclamante clero<sup>55</sup>, ut ne spirituales adigat, sed iuri et iudicio suo causas ordinis nostri, iuxta privilegia, relinquat.

12. Ut censurarum, quaecumque a foro spirituali profectae sunt, executio fiat in foro castrensi, iuxta antiquum praescriptum Statuti<sup>56</sup>. Constitutiones vero posteriores seu statuta, in perniciem Iuris Ecclesiastici condita, reclamantibus in Comitibus omnibus Episcopis et clero, abrogentur<sup>57</sup>.

13. De decimis censurarum executionem intermissam restituat<sup>58</sup>.

14. Decretum de decimis solvendis vel saltem unum ferat in proxima Conventione.

<sup>51</sup> Agitur de edictis regis Sigismundi Augusti, in comitiis Parczoviensibus 7 VIII 1564 latis, quibus haereticis peregrinis iniungebatur, ut (inde a 1 X eiusdem anni) e finibus Reipublicae discederent, et omnis societas cum haereticis, praesertim antitrinitariis, vetabatur. Utrumque edictum ex *Metrica Regni* edidit W. Zakrzewski, *Powstanie i wzrost reformacji w Polsce 1520-1572* [Origo et incrementum reformationis religiosae in Polonia a. 1520 - 1572], Lipsk 1870, p. 271-274.

<sup>52</sup> Nicolaus Dzierzowski (ca. 1490 - 1559), ab a. 1546 aepus Gnesnensis.

<sup>53</sup> Sermo est de privilegio Cracoviae 12 XII 1550 ecclesiasticis concesso, in quo rex (pro matrimonio suo cum Barbara Radziwiłł inuito ab episcopis probando et agnoscendo gratus) se obligavit ad unitatem Ecclesiae Catholicae servandam et haereticos debellandos. Cfr. Zakrzewski, ut supra, p. 62-63 et 248 (de editionibus edicti).

<sup>54</sup> "Bróg", popularis appellatio templi evangelicorum Cracoviae ad viam S. Ioannis siti, a. 1571 instituti, postea, tempore tumultuum 10-12 X 1574 a scholaribus concitatorum, incendio delati.

<sup>55</sup> Agitur de iudiciis compositis, quae vocabantur, in comitiis Petricoviensibus institutis.

<sup>56</sup> Agitur de aliquot mandatis regis, quae iudiciis castrensibus iniungebant, ut sententias a iudiciis ecclesiasticis, praesertim in negotio decimarum latas, exsequerentur, cfr. ex.gr. mandatum Casimiri Iagellonidis a. 1457, *Volumina legum* I, p. 112 et 191.

<sup>57</sup> Cfr. i.a. protestationem episcoporum 20 V 1555 in comitiis Varsaviensibus congregatorum (Theiner VMPL II, p. 577).

<sup>58</sup> Cfr. supra, n. 8.

15. Ut forisatio decimarum iuxta Statutum procedat<sup>59</sup> et non iuxta antiquas quietationes, cum nullas Ecclesia agnoscat quietationes antiquas, praeter eas, quae de contributionibus regalibus interdum communi consilio et assensu Spiritualium et Saecularium in Comitiis generalibus memorantur<sup>60</sup>.

16. Aurum, argentum et alia suppe[ll]lex ex Ecclesiis ablata, quae in redemptionem captivorum cedere solent, recuperent[ur].

[173r] 17. Ut bona ecclesiastica libera sint ab angariis et stacionibus, quas milites exigunt.

18. Ut percurva [sic] tempore Interregni perducta in bonis ecclesiasticis tollantur, et ut deinceps non fiant caveatur.

19. Omnium Ecclesiarum iura et libertates diplomate suo confirmet et ratificet.

20. Constitutiones in perniciem Iuris Ecclesiastici de adempta iurisdictione conditas, reclamantibus in Comitiis omnibus Episcopis et universo Clero, abroget<sup>d</sup><sup>61</sup>.

21. Nobilium ferociam autoritate sua ab inferendis violentiis reprimat; quinimo officialibus mandet, ut in quovis discrimine ope[m] ferant Spirituali afflicto<sup>e</sup>.

22. Nullam compositionem inter status, nec de Religione, nec de Templis, nec de Decimis, exceptis retentis publice, absque libero consensu Spiritualium faciat. Neque constitutiones aut tributa nova inconsultis eis imponat<sup>f</sup>.

23. Unicuique Spiritualium, mediante processu iudiciali, iustitiam administret.

24. De privilegiis et decisionibus Bodzente et Ketficz [sic], contentis in publicis Statutis Regni<sup>62</sup>, nullam disceptationem aut controversiam Clero in Comitiis aut alicubi locorum fieri permittat<sup>g</sup>.

25. Ad exhibenda privilegia immunitatum et vacationum a bello, ut ne spirituales cogat. Hoc idem et ad alia bona ecclesiastica, in quorum usu et possessione semper fuerunt et nunc sunt<sup>h</sup>. [173v] Item ad producenda et exhibenda iura advocatorum suorum et immunitatem a bello, ut ne cogantur.

26. De excommunicatorum impunitate et in iudiciis permissa eis agendi et comparendi facultate, ut in robore statutum de excommunicatis conservetur<sup>i</sup><sup>63</sup>.

<sup>59</sup> Cfr. supra, n. 12.

<sup>60</sup> De contributionibus ecclesiarum in comitiis tractatis, vide H. Karbownik, *Ciężary stanu duchownego w Polsce na rzecz państwa od roku 1381 do połowy XVII wieku* [De oneribus ordinis spiritualis in Polonia inde ab a. 1381 usque ad medium saec. XVII pro re publica ferendis], Lublin 1980 passim.

<sup>61</sup> Vide supra, n. 3, 11 et 12.

<sup>62</sup> Bodzanta (ca. 1290 - 1366), ab a. 1374 epus Cracoviensis. Cfr. mandatum eius a. 1359 promulgatum de re familiari cleri coram tribunalibus regis defendenda, in statuto a. 1433 collocatum; *Volumina legum* I, p. 103. Henricus Kietlicz (†1219), ab a. 1199 aepus Gnesnensis, reformationis Gregorianae, i. a. exemptionis ecclesiarum a iurisdictione iudiciorum regiorum, fautor et defensor.

<sup>63</sup> De hac re memoratur in Confederatione Korczynensi a. 1438, cfr. *Volumina legum* I, p. 140.

27. In graniciebus faciendis, ut Capitula iuramentum more antiquo praestent. Similiter in iudiciis circa aestimationem damnorum procuratores ab Episcopis missi ad iuramentum more antiquo admittantur<sup>j)</sup>).

28. Privilegium in finibus de actoratu, ut in dubium non vocetur.

29. Ut ex villis nobilium clerus decimas habeat liberas<sup>k)</sup>).

30. Rogandus Ser.mus Rex, ut Praeposituram Sancti Floriani in Kliepars, suburbio Cracoviensi, iam diu per Ser.mum Regem Augustum Collegio Cracoviensi donatam<sup>64</sup>, in eventu mortis possessoris moderni nemini alteri conferat, sed Universitatem iure suo gaudere permittat<sup>l)</sup>).

a) *Hic in margine adnotatio, alia manu facta:* Faciendum computum temporis an Henrico, an vero Stephano praecautiones datae, et per quem Nuntium. Concepit Hosius.

b) *Sequitur in ms. spatium vacuum.*

c-c) *Linea subductum et in margine alia manu additum:* Coniectura Henrico reddit.

d) *In margine alia manu:* Vide N. 11 et 12.

e) *In margine alia manu:* To w Polsce trudna, winszych państwach ordinaria.

f) *In margine alia manu:* Jużeśmy w sieci.

g) *In margine alia manu:* Ad articulum 13, 14 15, ne multiplicentur entia.

h) *In margine alia manu:* Modus est, sed non ea via dissolvendi.

i) *In margine alia manu:* Ad 20.

j) *In margine alia manu:* Sit, sed providendum, ne reliquum deperat, tribunalistów odbierą dobrych.

k) *In margine alia manu:* Vide 13 etc. Circa 27 modus tenendus[...]ordinarii faciat.

l) *In margine alia manu:* In vanum laboramus.

## A. 12.

**Card. Tholomaeus Gallio  
Antonio Mariae Graziani**

Romae, 12 VI 1574.

*Nuntiat summum pontificem, accepto nuntio mortis regis Galliae (Caroli IX), eum iterum in Poloniam mittere decrevisse. Iubet ergo ei, ut redditum suum in Italiam interrumpat et mandata exspectet, de quibus per litteras cardinalis Commendone fusius et accuratius edocebitur.*

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 154r-v.

<sup>64</sup> Praepositura S. Floriani Clepariae, Universitati Cracoviensi a. 1559 a Sigismundo Augusto sub specie iuris patronatus collata, vivente rege in possessionem Universitatis re vera non venit; quod non nisi a. 1579 regnante Stephano Báthory evenire potuit. Cfr H. Barycz, *Historia Uniwersytetu Jagiellońskiego w epoce humanizmu*, [Historia Universitatis Jagellonicae aetate, qua humanae litterae restitutae sunt], Kraków 1935, p. 344 et 530.

## Al Gratiani, XII di Giugno [15]74

Molto Rev.do Signore. Volendo la Santità di Nostro Signore, <sup>(a-</sup>per la nova che hebbe l'altro hieri<sup>a)</sup> dela morte del Re Christianissimo<sup>65</sup>, mandare una persona espressa in Polonia a visitar quella Maestà et far gli officii convenienti, ha deliberato valersi in ciò del'opera di V.ra Signoria, facendo certo giudicio dale operationi sue passate, nele quali si è conosciuta la prudenza et destrezza sua et la cognitione che ha dele cose di quei paesi, che ella debba esser molto atta et fruttuosa a far questa attione. Et anchor che si giudicasse conveniente che la persona destinata si spiccasse di qua, nondimeno credendosi che lei sia buon pezzo fa partita dala Corte [154v] di Polonia<sup>66</sup> et venuta assai innanzi ala volta d'Italia, pare che ritornando sarà quasi il medesimo come si fosse partita di qui.

Hora, mentre si attende a metter a l'ordine le scritte et brevi che bisognano, è parso bene avvanzar tempo in avvisarla con questa, acciò ovunque le sarà resa, si fermi, aspettando lo spaccio intero, che per ogni modo si manderà<sup>b)</sup> di hoggi stesso, sì come più a longo intenderà per lettere di Mons. Ill. mo Suo<sup>67</sup>. Al quale rimettendomi, a V.ra Signoria mi offero di buon core. Di Roma etc.

<sup>a-a)</sup> *Adscriptum supra pro expuncto*: dopo haver havuto nova

<sup>b)</sup> *Sequitur expunctum*: sabba[to]

## A. 13.

**Card. Tholomaeus Gallio**  
**Antonio Mariae Graziani**

Romae, [12 VI 1574].

*Committit ei, ut his litteris acceptis in oppidum Hall se conferat et iter reditus in Poloniam ingrediatur, ut - rebus in Polonia ob mortem regis Galliae immutatis - una cum nuntio (Lauro) consilia communicet et simul agat: si rex Henricus iam ex Polonia discesserit, nuntius se de discessu eius certiore faciat; sin minus, breve pontificium ei tradat, duorum regnorum regimen gratuletur eumque cohortetur, ut quam celerrime in Galliam proficiscatur; si Poloni discessum regis impedire velint, nuntius omnibus persuadere conetur ex rebus Galliae bene expeditis futuram Poloniae totiusque Christianitatis salutem pendere. De hac re et breviam, eis quorum interest a nuntio porrigenda, tractare.*

<sup>65</sup> Vide N. 115.

<sup>66</sup> Graziani Cracovia discessit 8 VI 1574, cfr. N. 112.

<sup>67</sup> Card. Ioannes Franciscus Commendone. Litteras eius ad Graziani reperire non potuimus.

**Min.:** AV, Nunz. Pol. 172 f. 166r-167r. Copia nitidior litterarum non indicat auctorem, neque eum cui destinatae sint. Ex argumento in eis tractato et ex mentione in epistula Gallii 19 VI scripta (cfr. A.16) de altero earundem litterarum exemplo conici potest hoc esse exemplum perfectius litterarum praecedentium vel alias litteras eodem die scriptas. Cum exempla originalia, quae olim Tiferni servata fuisse videntur, desint, quaestionem hanc solvere non possumus.

Nostro Signore, intesa la morte del Re Christianissimo con quel dispiacere che ricerca un sì grave caso et in tempi sì perturbati, ha deliberato che voi torniate per ogni modo in Polonia, et se ben sa l'indisposition vostra<sup>68</sup> et che forse anco possiate essere a questa hora gionto in Italia, ha nondimeno commesso che dovunque vi ritrovarà questo spaccio, senza passar più inanzi, andiate ad Ala<sup>69</sup> per imbarcarvi, confidando Sua Beatitudine che con la commodità del fiume et, quel che importa più, con aiuto et gratia del Signor Dio, per servitio del quale vi manda, si possa da voi tolerar il viaggio et questo nuovo incarico.

Et perché il tempo non serve che s'habbia di Polonia avv[iso]<sup>a)</sup> di quel che il Re haverà determinato di fare dopo una tal nuova, vi si danno l'infra-scr[it]t[i or]dini, secondo diversi casi.

Voi comunicherete tutto con Mons. Nuntio. Et prima d'ogn'altra cosa vedrete d'intender bene il disegno del Re et la volontà del Regno, per poter più facilmente exequir le commissioni et meglio indirzarle al servitio di Dio. [166v] Prima: se il Re fusse già partito<sup>b)</sup> riterrete il breve che vi si manda per Sua Maestà<sup>70</sup>, et ne darete avviso, aspettando di qua nuovo ordine; se sarà nel Regno, glielo presenterete, accompagnandolo con gli officii di condoglienza, con dirli appresso la molta consolatione che Nostro Signore in tanto suo dispiacere ha preso, et dela elettione che si vede esser fatta da Dio dela persona di Sua Maestà a sì gran Regni et per sì varie vie, et dela molta benignità che ci dimostra, dandoci a cognoscer con questo esempio quanto largo remunerator egli sia in questa vita ancora a chi sinceramente proeliatur proelia Domini, come fin dai primi anni ha fatto Sua Maestà.

Se il Re sarà disposto a partire, haverete solo a laudarlo et sollicitarlo; se lo troverete perplesso, haverete a persuaderlo et inanimarlo con officii per nome di Nostro Signore.

Se impedito dal Regno, haverete a far ogn'opera con tutti quelli, con i quali si potesse, perché consentano non solo per privati lor interessi, di gratificar il Re et di aiutarlo ad esser tal Re [167r] che gli possa remunerare, ma per beneficio publico dela patria loro, essendo il Regno di Francia un

<sup>68</sup> Graziani, antequam ex Polonia discederet, febris tertiana laborabat, cfr. N. 93, 84, 100.

<sup>69</sup> Halla (Hall) ad Oenum prope Oenipontem, locus, ex quo illi, qui Vindobonam per Brenum montem iter faciebant, navigationem per flumina Oenum et Danubium incipiebant.

<sup>70</sup> Vide N. 115.

membro tale dela Republica Christiana, che perdendosi è impossibile che gli altri Regni, non pur i vicini, ma i più remoti, con la ruina di quello non ruinino. Per il che Sua Beatitudine, quanto più ama il Regno di Polonia, tanto più cognoscendo questo evidente pericolo, desidera che si ripari al Regno di Francia, dal quale hora dipende la salute di tutti gli altri Regni. Vi manda adunque più brevi a questo effetto, con le copie d'essi, accioché etc.<sup>71</sup>.

a) *Textus ob fractionem chartae partim deletus.*

b) *Hic in margine adnotatio manu cardinalis Commendone: Ordinarli se doverà procurar d'incontrarlo, o no.*

#### A. 14.

#### **Instructio a card. Tholomaeo Gallio Antonio Mariae Graziani data**

[Romae, 12 VI 1574].

*Mandat ei, ut una cum nuntio (Lauro) curet et det operam, ut rex (Henricus) statim in Galliam proficiscatur, neque tamen coronae regni Poloniae renuntiet, sed potius contendat, ut frater suus Franciscus rex Poloniae eligatur, cuius praesentia in Gallia perniciosa sit. Quod si fieri non possit, obtinere conetur, ut regi ad res cum successione coniunctas conficiendas annus saltem concedatur, habita ratione securitatis finium aliorumque commodorum, quae inde provenire possint. Una cum nuntio curare debet, ut absente rege consilium regentium instituat, cui primas (Uchański) praesideat, ut iudicia rite exercean, ut rex Polonos ad seditionem imprimis proclives vel eorum filios in Galliam secum asportet et vice sui in Polonia virum aliquem gravem, magna auctoritate pollentem, relinquat et in Galliam per Bavariam, Tirolum et Italiam revertatur, Saxonia et aliis principum haereticorum regionibus praetermissis.*

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 172 f. 168r-171r. In margine notationes manu card. Francisci Commendone factae.

La somma di quello che Nostro Signore desidera è che il Re quanto prima ritorni in Francia, perché altrimenti troppo gran rischio corrono le cose

<sup>71</sup> Confer hanc epistolam cum illa, quam Gallius scripsit postea (cum legationi Antonii Mariae Graziani renuntiaverat) nuntio Lauro (N. 115).

di quel Regno et consequentemente di tutta la Christianità. Vorrebbe però Sua Beatitudine che il Re, se fusse mai possibile, partisse di costà senz'altra cessione o rinuntia dela Corona di Polonia, sì per i molti pericoli che porta seco una nuova elettione et sì per un'altro rispetto di poter con questa speranza di far elegger Mons. d'Alanson, suo fratello, dar qualche caduta ali disegni di esso Mons. di Alanson et deviare con questo mezo i perniciosi consigli che gli son stati dati<sup>72</sup>. Et però vi commette che insieme con Mons. Nuntio vi adoperiate in questo con tutti quei Signori, con i quali havete confidentia.

Et quando pure non si possa ottener tanto, vediate al meno di operar che si permetta al Re la retentione dela Corona per un'anno. La qual cosa quei Signori, non [168v] tanto per servitio del Re, quanto per beneficio proprio di lor medesimi, doveriano non solamente consentire, ma procurare, per poter essi fra tanto procedere ad una buona elettione, assicurati sotto l'ombra del Re, sì dali pericoli di seditioni civili come dale forze di Principi vicini. Il che è impossibile pur di sperare altrimenti, se non si conserva in questo nuovo interregno l'auttorità regia, la quale concedendo al Regno la libera elettione, lo difende insieme da chi per male vie volesse turbarla. Che se l'interregno passato è stato pericoloso, quando non erano mossi ancora tanti mali humori, né attaccate le pratiche che durano tuttavia, né così aperte le strade ale speranze di Piasti sin con aderenza et participatione del Turco, ciascuno vede quanta maggior ruina soprastia hora al Regno. Onde tutti quelli che amano la salute publica et di se stessi ancora, doverebbon ringratiar Dio che in così gran pericolo di certissimo naufragio [169r] conceda loro questo unico porto da salvarsi, a che fra tutti gli altri principalmente doveriano haver l'occhio coloro che nel passato interregno son stati fautori di questo Re et, consequentemente, poco amici agli altri competitori et pensar bene ai casi loro, et primamente per mettersi in sicuro, et poi per usar bene dell'occasione, che Dio manda loro, di raddoppiar i lor meriti et stabilire et maturar le speranze di premio con impadronirsi di nuovo dell'elettione, valendosi in questo del vantaggio che essi potranno havere sotto la protectione et auttorità del Re. Per il qual rispetto parimente non sarebbe sennò molto utile che Sua Maestà, all'incontro, cercasse di guadagnar et confirmar molto bene l'animo del Sig. Cutcoviz et degli altri, che voi sapete et che hora vi scrive il Sig. Cardinale Commendone<sup>73</sup>.

Ma quando pure, il che Dio non voglia, il Re si conducesse a rinuntiar senz'altro<sup>a)</sup>, [169v] sopra tutto doverete haver la mira ad intender bene li successi di Francia et se le cose passano quiete o no. Perché non passando quiete, saria necessario di sollecitar tanto più la partita del Re; se stan quiete, si potria forse attendere all'elettione di Alanson ala presentia del Re.

<sup>72</sup> In mente habet partem, a principe Francisco, Henrici fratre natu minore, in rebellione a Catharina Medicea adiutoribus Hugonottis sedata habitam, cfr. N. 114.

<sup>73</sup> Litteras card. Commendone (eas, de quibus in A. 12 sermo occurrit) non reperimus.

Se però et Mons. Nuntio et voi vederete che ce ne sia speranza, et anco che non vi si habbia a metter lungo tempo, perché la lunghezza potrebbe portar in Francia molti disturbi et l'esclusione ancora di Mons. d'Alanson in presentia del Re, suo fratello, oltre che leveria troppa riputatione a Sua Maestà, ci torrebbe appresso tutto quel commodo et aiuto che dala speranza che Mons. d'Alanson possa ottener in Regno di Polonia può venir hara ale cose di Francia<sup>b)</sup>.

[170r] Et questo quanto ala cessione et al'elettione et ala partita del Re. Circa la qual partita però, oltre le cose suddette, haverete d'haver cinque considerationi.

La prima, che in ogni caso o ceda il Re, o ritenga per un tempo la Corona, si vegga di costituire costì il governo in modo che resti, quanto più si può, in poter de Cattolici<sup>c)</sup>, come sarebbe se si ordinasse che il Primate residesse in Varsovia con 4 Palatini et 4 Castellani, i quali Palatini et Castellani si mutassero di due mesi in due mesi; et che quanto ali Ecclesiastici, si dividessero i Vescovi in due classi: l'una di Leopoli, Cracovia, Ploska et Chelma, l'altra di tre: Cuiavia, Posnania, Camenez; et che assistessero per vices al Primate, ritornandovi ogni due mesi l'una di queste due classi<sup>74</sup>.

La seconda è di proveder in qualche modo ala cosa de giudicii, accioché stando così confusi et con tanto disgusto et discomodità del Regno, non nasca qualche tumulto.

[170v] La terza, di avvertire il Re che con l'occasione et necessità di far una banda di Polachi che l'accompagni, habbia la mira a pigliar seco alcuni, che gli potriano nocere in Polonia, o i figlioli loro per assicurarsene, conducendoli tutti sotto pretesto d'onore et con destri modi.

La quarta, di ricordarle a lasciar in Polonia uno o più de' suoi, ma uno con suprema autorità sopra gli altri, perché un tale potrebbe tener molto in officio i rivali del Re et proveder anco a molti disordini, quali si sono veduti esser nati l'anno passato per la partita di tutti tre gli Ambasciatori in un tempo. Et per non dar sospetto al Regno, si potrebbe far tutto questo sotto pretesto di mandar in man danari a servitio loro, del Regno et anco di alcuni particolari.

La quinta, di far opera che il Re non ritorni per Sassonia, né per paesi di Principi heretici, ricordandoli [171r] il poco honor fattogli dali Elettori di Sassonia et Brandburgh et le presenti pratiche del Palatino et la commodità, che per più rispetti potria havere passando in Boemia et di là in Baviera, ma non per la via di Ratisbona, per non toccar a Valmunchen il paese del Palatino<sup>75</sup>, ma capitare a Straubinga di Baviera, o più basso ancora lungo l'Isara. Et se la Maestà Sua prende questo camino di Baviera, potria venir sin là senza lasciarsi intendere qual via volesse tenere: o <sup>d)</sup>la dritta di Svevia et Elsatia a Metz, o per il Tirolo in Italia, o pur per il medesimo Tiro-

<sup>74</sup> Cfr. instructionem Vincentio Lauro datam, N. 116.

<sup>75</sup> Waldmünchen, locus in confiniis Bohemiae et Germaniae, in via Pilsna Ratisbonam ducente.

lo nei Grisoni et nei Svizzeri, da quali potria essere accompagnato et penetrar armato in Francia. Il che potrebbe fare in Italia ancora et condur una buona banda di Italiani in Francia. Et nel'una et nel'altra di queste due strade potrà haver la commodità et la sicurtà dela posta, non solo de corrieri, ma per se stesso, quando occorresse il bisogno. La qual sicurtà non potrà haver per Svevia<sup>d)e</sup>).

- a) *Hic in margine adnotatio manu Commendonii*: qui V.ra Signoria Ill.ma darà l'ordine, che le parerà, al Gratiani o che si formi per l'elettione o che ritorni
- b) *Hic in margine manu Commendonii*: Qui, se parerà a Sua Beatitudine, converrà ricordare al Gratiani le ragioni, per le quali né il Mosco né gli altri competitori possono ottener quella Corona con servitio del Regno, et giustificar anco il fatto di Alansone con conditione, però, che Sua Santità intende che questo officio si faccia solamente in caso che esso Alanson si porti bene et quietamente in Francia. Ma finalmente in caso che Alanson o non possa o non meriti, V.ra Signoria Ill.ma vedrà se si ha a dare alcuno altro ordine a beneficio d'altri.

- c) *Hic in margine adnotatio Commendonii*: Qui Sua Santità potrà haver quella consideratione che le parerà dell'Infanta
- d-d) *Adscriptum supra pro expuncto*: d'Italia et Savoia, o vero di Svevia et di Elsatia a Metz. Ma giunto in Baviera, eleggerà la via d'Italia, perché seben sarà alquanto più lunga, sarà più sicura et più presta ancora, potendo farlo Sua Maestà con poca gente et anco con cavalli da posta sin ali confini del suo Regno.
- e) *Hic in margine manu Commendonii*: Qui potrà Sua Beatitudine farli quelle offerte che le parerà

## A. 15.

### Card. Tholomaei Gallio de eminentioribus proceribus Poloniae opinio

[Romae, 12-19 VI 1574].

*Opinionem suam breviter profert de episcopis, senatoribus saecularibus, canonicis et aliis, ad quos brevia pontificia mittenda sunt, considerato modo et ratione, qua se ad mentem summi pontificis in rebus publicis referant, eo praesertim temporis momento, quo rex Henricus post mortem Caroli IX etiam regnum Galliae obtinere debeat. Eiusmodi opinio secretario pontificio (Boccapadulio) in concinnandis brevibus auxilio esse debebat.*

**Min.:** AV. Arm. 52, ms. 31 f. 64r-68r (inverso ordine foliorum). Ad caput textus in f. 66r eadem manu: "Iunii 74".

Iacobo Archiepiscopo Gneznensi, Regni Poloniae Primate<sup>76</sup>

Un breve con far commemoratione dela singular virtù et meriti suoi passati et dela speranza ferma che N.ro Signore ha in lui, che con la solita constantia, fortezza d'animo et zelo adopera l'autorità sua in servitio di Dio, conservatione dela fede catholica et salute publica di quel Regno, con una clausula credentiale in Antonio Maria Gratiani etc.

Stanislao Archiepiscopo Leopoliensi<sup>77</sup>

Mostrar quanto importi che l'ordine ecclesiastico et principalmente eminenti in dignità, come esso è, siano diligenti in tutte le occasioni a procurar il servitio di Dio, il mantenimento dela religion catholica et salute et quiete publica; essortarlo, sì come più a longo itenderà dal Gratiani etc.

Francisco Episcopo Cracoviensi<sup>78</sup>

Bisogna destramente riprenderlo dele attioni passate [66v], nele quali non ha mostrato quel zelo et constantia, che si conveniva al'ufficio et grado suo, verso Dio et la religion catholica, lasciandosi trasportare da rispetti et interessi humani; ricordarli che per l'avvenire voglia far in modo che quel che è passato si creda esser successo più per colpa de' tempi che per mancamento di volontà; che habbi a memoria quel ch'è obligato di fare etc., con la clausula credentiale nel Gratiani.

Stanislao Episcopo Wladislaviensi<sup>79</sup>

Lodarlo dele attioni passate, di eloquentia, di peritia dele cose del Regno, nele quali vale molto, et di buona vita et volontà; essortarlo a perseverare, come Sua Santità confida etc., con la clausula di credenza nel Gratiani.

Adamo Episcopo Posnaniensi<sup>80</sup>

Lodarlo di buona volontà et dele attioni passate, essortare a far il medesimo per l'avvenire etc., con la clausula di credenza.

[67r] Petro Episcopo Plocensi<sup>81</sup>

Bisogna lodarlo molto di prudenza, constanza et virtù dimostrata, massimamente nell'atto del'elettione et nele cose pertinenti ala religion catholi-

<sup>76</sup>Uchański.

<sup>77</sup>Słomowski.

<sup>78</sup>Krasiński. Cfr. A. 17.

<sup>79</sup>Karnkowski.

<sup>80</sup>Konarski.

<sup>81</sup>Myszkowski.

ca, facendo mentione che Sua Santità ne ha havuta relatione pienissima dal Card. Commendone, con la clausula di credenza nel Gratiani.

Alberto Episcopo Chelmensi<sup>82</sup>

Un breve amorevole, mostrando quanto N.ro Signore confida nela bontà et pietà sua, che sia per adoprarsi in servizio di Dio et dela religione, come ricerca il debito del suo officio etc.

Petro Volski, Vicecancellario Regni Poloniae

Mostrar gran speranza nela virtù et bontà sua, che sia per giovar ala fede catholica et [67v] al ben publico del Regno, et che userà in tal modo l'autorità che Dio gli ha data per l'officio di Vicecancelliero che sarà degno di lode et di premio maggiore, et così essortarlo efficacemente etc., con la clausula di credenza etc.

Ioanni Gothchievicio, Archimarscalco Magni  
Ducatus Lithuaniae et Capitaneo Samogitiae

Questo s'ha da lodar infinitamente di constanza et fortezza d'animo dimostrata in difender la religion catholica et procurar l'elettione d'un buon Re; dir la contentezza grande che N.ro Signore ne ha sentito et sente, havendone oltra gli altri testimonii havuta piena relatione dal Card. Com[m]endone et dale lettere del Gratiani. Che Sua Santità conosce la salute di quel Regno riposarsi principalmente [68r] sopra l'autorità et valor suo, et però che Sua Beatitudine sta con ferma speranza che le cose habbino a succeder bene, havendo tal fautore et promotore etc., con la clausula di credenza nel Gratiani.

Nicolao Christofero Radzivil, Duci Olicae

Mostrar la contentezza grande che N.ro Signore sente dele sue buone operationi et del fervore et fermezza che ha in favorir la causa di Dio et dela religion catholica, lodarlo etc., mostrar la speranza certa di Sua Santità che debba far il medesimo per l'avvenire, usando di quella potestà et gratia che Dio gli ha data in meritar maggiormente nele occasioni che si presentano, abbracciando massime con la sua nobiltà molti [68r] Signori principali del Regno, con li quali può tanto l'autorità sua etc. Con la clausula di credenza etc.

---

<sup>82</sup> Starożrebski.

## Ioanni Comiti Tencini, Castellano Voinicensi

Questo è di gran bontà et nobiltà. Bisogna commendarlo dele attioni passate et mostrar quanto se ne aspetti di bene per l'avvenire etc. Con la clausula di credenza.

## Alberto Laski, Palatino Syradiensi

Questo è di grandissimo valore et seguito, et benissimo animato verso la religione, et si è portato ottimamente neli Comitii passati. Si ha da lodare, confirmare et essortar al medesimo per l'avvenire, secondo i bisogni dela religione et del Regno, come Sua Santità confida etc. Con la clausula di credenza.

## [69r] Andreae Sborovio, Marescalco Curiae.

Questo è Signore di gran valore, fautore acerrimo dela religion Catholica et devotissimo dela Sede Apostolica, il che ha dimostrato con li effetti nele turbolentie passate. Si ha da far mentione di questi suoi meriti et ottime qualità, lodandolo, animandolo etc. Con la clausula di credenza.

## Ioanni Lyesnioski, Capitaneo Dolinensi

Un breve amorevole et onorevole, perché è di nobile casa et parente stretto del Gotchievitz<sup>83</sup>.

## Abrahamo Sbontio

Questo è Signore di gran virtù et bontà. Era caduto in errore di Heresia, ma per gratia di Dio è ritornato poco tempo fa, et ha dato saggio di se come di vero et constante Catholico<sup>84</sup>. Si ha da confirmare in [69v] questa buona volontà, lodar, essortare etc.

## Herburto, Castellano Sanocensi

Questo è persona di età provetta, fautore dela religion Catholica et peritissimo dele leggi di quel Regno. Si ha da trattar benignamente, mostrandoli saper il valore et li buoni portamenti suoi et sperar il medesimo, et più anchora, per l'avvenire, in servitio di Dio etc. Ha un nepote qui, del quale si può far mentione <sup>(a-</sup>con dir che Nostro Signore l'haverà in protettione<sup>-a)</sup><sup>85</sup>.

<sup>83</sup> De affinitate Ioannis Leśniowski cum Ioanne Chodkiewicz vide N. 78.

<sup>84</sup> Vide N. 137.

<sup>85</sup> Petrus Ioannes Herbut (ca 1550-1586/8), filius Stanislai, castellani Leopoliensis, fratris Ioannis, qui tunc Romae studiorum causa in domo Stanislai Hosii commorabatur, cfr. Barycz PSR, p. 154.

## Valentino Dambiskio, Cancellario Regni Poloniae

Questo è vecchio assai et ha servito molti anni in questo officio bene et in favore dela religione Catholica. Se li ha da far un breve conveniente etc.

## Nicoalo Firleio, Capitaneo Casimiriensi

Questo è giovane nobile, figliolo del Palatino Cracoviense morto, il quale era ostinatissimo heretico, ma questo suo figliolo [64r] mostra gran pietà et religione et dà gran speranza di se<sup>86</sup>. Per il che si ha da accarezzarlo, cercar di confermar et accrescer in lui questa buona volontà etc.

Si hanno da fare tre brevi in bianco per tre Vescovi di Lithuania in quella forma che ricerca il stato presente di quel Regno et il debito dell'officio loro. Ma tra questi uno per il Vescovo di Vilna differenziato, meritando d'esser lodato per li buoni portamenti suoi, massime per il collegio de' Giesuiti introdotto et favorito da lui<sup>87</sup> etc.

Si hanno da far tre brevi per tre Capitoli, tra quali il Cracoviense. Si ha grandemente da lodare per la constantia et grandezza d'animo che ha mostrata nei travagli dela religione et del Regno etc.

Tre altri brevi per Canonici particolari in bianco, diversi in parole etc.

## [64v] Martino Ruseski, Scholastico Cracoviensi

Un breve molto amorevole et honorevole, perché si è portato ottimamente nei bisogni dela religione et del Regno, tanto in publico come nei conventi particolari, nei quali per tal causa ha corso gran pericolo dela vita<sup>88</sup>.

12 brevi per Palatini et Castellani: sei con lodarli dele attioni passate, animarli etc., et li altri senza lode. Tutti in bianco.

10 per altri gentil'huomini, pur variati per metà, nel medesimo modo sopradetto.

Dui brevi ad Ordines Regni: uno di deputation nova del Nuntio et un'altro per deputatione del Gratiani per Internuntio.

Un breve al Re, condolendosi dela morte del fratello et poi rallegrandosi dela successione [in] [65r] persona sua; da che si conosce che il Signor Dio vuole premiare la pietà et bontà sua, inalzandolo di continuo a maggiori grandezze et dandoli maggiore occasione di meritare appresso S[ua] D[ivina] Maestà; con offerta amorevole di tutto quello che possa Nostro Signore a

<sup>86</sup> Nicolaus Firlej, filius Ioannis, palatini Cracoviensis, mortui 25 IV 1574 (cfr. N. 100), conversus ex Calvinismo ad catholicismum tempore studiorum Bononiae et Romae (1569-1571).

<sup>87</sup> Valerianus Protasewicz, fundator collegii Societatis Iesu Vilnae a. 1569.

<sup>88</sup> Cfr. N. 128.

suo beneficio, per il qual fine non ha mancato di mandar in Francia<sup>89</sup> et far tutti li officii che ha giudicati necessarii.

In tutti li brevi sopradetti sarà bene di metter la clausula di credenza nel Nuntio prima et poi nel'Internuntio Gratiani etc.

(<sup>a</sup>-De Gratiani non placuit Ss.mo Domino N.ro, ideo eius clausula deleta fuit ex literis<sup>a</sup>).

<sup>a-a</sup>) *Aliamanu.*

## A. 16.

**Card. Tholomaeus Gallio  
Antonio Mariae Graziani**

Romae, 19 VI 1574.

*Nuntiat papam - accepto nuntio de regis Henrici ex Poloniae discessu - eius missionem in Poloniam revocare.*

Min.: AV, Nunz.Pol. 172 f. 155r-v.

Al Gratiani, 19 di Giugno 15[74]

Molto Rev.do Signore. Scrisi a V.ra Signoria Sabbatho passato per lettere duplicate che Nostro Signore, per l'occasione successa dela morte del Re Christianissimo, haveva pensato servirsi del'opera sua con rimandarla in Polonia et perciò dovesse fermarsi ovunque si trovasse, aspettando il dispaccio<sup>90</sup>. Hora per gli avvisi havuti dipoi di Francia et da altre parti, si fa certo giudicio che il Re di Polonia, havuta questa nova, si sarà con ogni celebrità messo in viaggio, et che perciò sarebbe superfluo il mandare V.ra Signoria, come si era disegnato.

Per il che Sua Santità ha risoluto [ 155v] di non far altro per adesso. Onde ella sarà in sua libertà quanto a questa parte di far quel che più le tornerà comodo. Et nel resto rimettendomi a quel di più che le scriverà Mons. Ill.mo suo<sup>91</sup>, me le offero di core. Di Roma.

<sup>89</sup> Cfr. legationem Fabii Myrty Frangipani, N. 115.

<sup>90</sup> Vide A. 12 et 13.

<sup>91</sup> Litteras card. Commendone non repperimus.

## A. 17.

**Gregorius XIII, pontifex maximus**  
**Francisco Krasieński, epo Cracoviensi**

Romae, 19 VI 1574.

*Ob praeteritas ipsius actiones eum castigat. Iubet, ut nuntio suo, Vincentio Lauro, omnem fidem tribuat.*

**Reg.:** AV, Arm. 44, ms. 22 f. 196r-v.

Ven.li Fratri Francisco, Episcopo Cracoviensi  
 Gregorius Papa XIII

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. [196v] Si tuae superioris temporis actiones tantopere displicent tibi, quam Nobis, nulla plane residet earum apud Nos memoria<sup>92</sup>, sin minus, graviter dolemus te nequaquam eo zelo et constantia versatum esse in rebus Christi et Catholicae Religionis, quem postulabat dignitas et munus tuum. Scis enim, quo te perduxerint humanae cogitationes et rationes, quae tamen nihil apud te valere debebant. Tuum erit ita te in posterum gerere, ut omnes intelligant praeterita temporum magis iniquitati, quam tuae voluntati tribuenda esse, teque tuum munus praeclare agnoscere et praestare. Reddet has litteras fraternitati Tuae ven.lis frater Vincentius, Episcopus Montis Regalis, noster et Apostolicae Sedis in isto Regno Nuncius Ordinarius. Omnem autem ei fidem tribues. Datum ut supra<sup>93</sup>.

## A. 18.

**"Avviso" e Cracovia**

Cracoviae, 24 VII 1574.

*Nuntiat de periculo belli civilis regno Poloniae imminente, propter nobilitatis divisionem in fautores regis Henrici et suffragatores interregni, quod praesertim in exercendis iudiciis summopere damnosum est. Narrat de tribus fratribus in Masovia, qui ob litem hac de re habitam se invicem interfecerunt.*

<sup>92</sup> Hic cogitat de Confoederatione Varsaviensi a Krasieński subscripta et defensa, cfr. N. 42 et 68.

<sup>93</sup> Breve hoc, una cum aliis, de quibus in N. 115 sermo est, refertur ad primam epistolam in registro relatam, 19 VI 1574 datam.

**Or.:** AV, Nunz.Germania 71 f. 238r (post litteras nuntii Vindobonensis Ioannis Dolfin ad card. Gallium z 31 VII 1574 datas). In titulo alia manu adscriptum: "Disordini in Polonia".

### Di Cracovia a li XXIII Luglio

Come vi scrissi, le cose di qui passano travagliatissime et se Iddio non vi mette la mano sua, si teme di peggio. Ma chi prevede il futuro con qualche buon giuditio et prudenza, vede et conosce certo che senza segnalato flagello divino non si passerà. Et già questi principii lo dimostrano.

Si sono fatte le conventioni piccole della Nobiltà, che qui così si chiamano, piene di tumulti et discordie, perché chi vuol nuova elettione et chi non, et chi vuol questo et chi vuol quello. La gran conventionione si farà a Varsavia per San Bartholomeo<sup>94</sup>, dove tutti sotto pena dell'honore anderanno, ciò è la Nobiltà tutta et li Signori. Et quivi Iddio lo sa quello che seguirà. Si teme di gran male, talmente gl'animi della Nobiltà sono di viso [sic] esacerbati contro li Signori et Re massime, che tutto tende a seditioni. Che se si dividono et fanno qualche scisma, actum est de nobis.

Et già in Masovia tre fratelli carnali, insieme con di molti servitori per uno, si sono amazzati. Cosa insolita nel sangue Polacho [sic], alioquin mite, benigno et niente furioso nel spander il sangue altrui, senza causa massime. Et solo questo è avvenuto che uno de' fratelli voleva che gli giudicii corresse, et voleva esser giudicato in nome del Re, come quello che lo riconosceva per Re et Patrono; et haveva di molti fra servitori et altri dalla parte sua. Et li altri fratelli che volevano il contrario et havevano, ancor loro, di molti della parte loro, non lo riconoscendo per Re a modo nissuno, non si volsero lasciar giudicare. Et così dopo molte parole ingiuriose, vennero a fatti et si sono amazzati miserabilmente tutti. Et perché questa cosa è nuova et compassionevole, fa temer alla maggior parte di peggio. Et per dir il vero, in simil cose basta cominziare [sic]. Iddio sia quello che ci governi et guidi et modelli la mente delli Signori et Nobiltà, accioché tutti tendino ad un fine, cioè pacato et quieto.

### A. 19.

**Stanislaus Karnkowski, epus Vladislaviensis**  
**Antonio Mariae Graziani**

Volborii, 25 VII 1574.

<sup>94</sup> De convocatione Varsaviensi, ad diem 24 VIII indicta, vide N. 128.

*Timet, ne discessus regis summae calamitatis causa sit Ecclesiae et Reipublicae. Causam Georgii Radziwiłł de obtinenda confirmatione coadiutoriae Vilmensis ei commendat.*

Or.: AV, Lett.Principi, ms. 27 f. 103r. In f. 107v inscriptio et vestigium sigilli.

Rev.de Domine et amice charissime.

Inter maerentium voces mea haec litura ad te mittitur. Confudit Sere-  
nissimus Rex noster discessu suo consilium pauperum<sup>95</sup>. Actum est de Reli-  
gione et de Republica, nisi vos opem tuleritis. Ego iam prorsus me removi a  
Republica. Nullius enim fidei, nullius autoritatis sum. Vos iam Ecclesiae  
Dei providete. In nobis nulla spes est.

Negocium Illustris D.ni Ducis Georgii Radivili de obtinenda confirmatio-  
ne coadiutoriae Episcopatus Vilmensis<sup>96</sup> Ill.mis Cardinalibus Hosio et Com-  
mendono diligenter commendavi, nec minus Rev.dae Dominationi Vestrae  
commendo<sup>97</sup>. Quicquid studii, operae, diligentiae Rev.da Dominatio V.ra in  
eum collocaverit, id erit mihi tam gratum, quam quod gratissimum. Bene  
valeat Dominatio V.ra Rev.da. Volborio, 25 Iulii Anno 1574.

(<sup>a</sup>-Dominationis V.rae Rev.dae

ex animo dev.mus  
Stanislaus Carnowski  
Epus Wladislaviensis  
manu propria subscripsi<sup>a)</sup>)

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## A. 20.

**Selimus II, imperator Turcarum  
senatoribus regni Poloniae**

Constantinopoli, 29 VII 1574.

*Bonam viciniam et pacem inter Turciam et Poloniam hactenus interce-  
dentem recordatus, indignabundus reclamatur nonnullos proceres Polonos rebel-*

<sup>95</sup> Ps 13, 6.

<sup>96</sup> Georgius Radziwiłł (1556-1600), filius Nicolai "Nigri", frater Nicolai Christophori "Orbi", futurus cardinalis (ab a. 1583) et epus Cracoviensis (ab a. 1591); postulatus erat ab epo et capitulo Vilmensi ad munus coadiutoris epi Valeriani Protasewicz iam mense Maio 1574 (vide epistulas episcopi et capituli Vilmensis ad Gregorium XIII, or. AV, Nunz.Pol. 7 f. 71r).

<sup>97</sup> Aliquot diebus postea Karnkowski similem commendationem ipsi summo pontifici porrexit (vide epistolam, Volborii 29 VII 1574 datam, in AV, Nunz.Pol. 7 f. 107r).

*lem palatinum Moldaviae Ioannem, Ivonia nuncupatum, adiuvare; de qua re palatinus Valachiae Alexander ad eum scripsit et nuntiavit Polonos, mortuo Ivonia, uxorem eius et socerum, 7 boiarones et omnem thesaurum in Chocim misisse. Significat se non ignorare dominos Polonos, cum Alexander contra illud eorum facinus protestatus esset, ei respondisse sibi non constare de fratre eius Petro palatino Moldaviae nominato, Constantinum vero (Ostrogski) et Łaski iam pridem dicto Ivonia auxilia promississe. In hoc negotio czaussium suum Achmat ad ipsos mittit et postulat, ut thesauros et res ablatae statim restituantur, Cosaci tamquam pacis turbatores puniantur et Petrus palatinus Moldaviae agnoscatur.*

Cop.: AV Nunz. Pol. 7 f. 114r-115r. In f. 115v alia manu "Exemplum litterarum Caesaris Turcarum ad Senatum Poloniae". Exemplar adiunctum litteris Vincentii Lauro ad card. Gallio 14 IX 1574 datis (cfr. N. 153).

Rev.mo D.no Archiepiscopo Episcopisque Ill.mis, Spectabilibus et Magnificis D.nis D.nis Regni Poloniae Senatoribus, amicis et vicinis syncere nobis dilectis, salutem et amicitiam singularem.

Meminisse, Domini Poloni, incliti Regni Poloniae Senatores et Gubernatores, vos decet et necesse est ab origine progenierum mearum, quanta familiaritas, amicitia et vicinitas inter Caesarem Turcarum, parentes nempe et praedecessores meos, necnon Reges Ser.mos et D.nos Magnificos subditosque utriusque partis Regni incliti Poloniae intercesserit, pax sancta quam firmiter observata et culta fuerit. Ad cuius confirmationem litteras quoque a singulis praedecessorum meorum vos habere scio. Quam pacem, primum ac Deus omnipotens sedem patris mei mihi dedit, litteris meis ego quoque confirmari mandavi, omnibusque mancipiis meis regiis, Beglerbeis Palatinisque Moldaviensi et Transalpensi, ut pacifice cum Principibus, Dominis et Nobilibus subditisque Regni Poloniae vivant, commisi, nec quisquam meorum iniuriam aut vim illi Regno eiusque incolis praesumat facere, inhibui, sed unusquisque pacifice vivat, mandavi firmiter<sup>98</sup>.

Insuper proxime quoque, mortuo Rege pia memoriae<sup>99</sup>, metu nostri nullum quicquam molitum fuisse adversus Regnum illud Domini considerent, sed etiam si vim aliquam quispiam inferre voluisset, Dei auxilio potestate nostra Caesarea vobis et Regno vestro auxilium ferre non neglexissemus.

Nunc vero quod Domini Poloni diversum quid et antiquae paci dissentaneum agant, mirum nobis videtur. Nobis autem singulis diebus nunciatur

<sup>98</sup> Agitur de pace a. 1564 inter sultanum Solimanum II († 30 VIII 1566) et regem Sigismundum Augustum inita occasione belli inter Poloniam et Moscoviam incepti, in quo decretum est unitis viribus contra Moscoviam agere, Tartaros imprimis contra eos incitando (cfr. N. Jorga, *Geschichte des Osmanischen Reiches*, T. 3, Gotha 1910, p. 114).

<sup>99</sup> Sigismundus Augustus.

Dominos Polonos contra pacem omnibus modis niti. Allatae sunt etiam nunc litterae Palatini Transalpensis<sup>100</sup> ad Portam nostram excelsam, quibus exponit nobis, quod quam primum de vita proditoris illius Iwani, Palatini Moldaviensis, actum fuisset, decollatioque illius Dominis Polonis innotuisset<sup>101</sup>, mox ducentos milites Domini Poloni seligentes versus Hotin miserunt socerumque proditoris scelesti una cum coniuge, rebus Regnique Moldaviae thesauro, inter quod fuit tributum quoque Portae nostrae excelsae et Quaestorum Constantinopolitanorum pecunia, qui ad emenda iumenta a nobis fuerant missi et ab Iwano sunt spoliati, et coniuge Hatmani, necnon septem Consiliariorum Boer nuncupatorum coniugibus, rebus bonisque universis in [114v] Poloniam abduxerunt<sup>102</sup>. Quibus ablatis statim Alexander Palatinus Transalpinensis litteras suas ad Dominos Polonos dedit bonaque ablata cum socero Iwani coniugeque et septem Consiliariorum coniugibus restitui, eo quod frater illius Petrus Palatinus Moldaviensis esset factus, petivit. Cui a Dominis Polonis responsum est: Nos adhuc nihil de Palatinatu Petri, fratris tui, scimus. Si litteras Caesaris de Palatinatu viderimus, bona huc ducta non peribunt<sup>103</sup>. Praeterea Constantin et Laski sub sigillo proprio litteras ad Iwanum dedere, inquires: Amice nobis dilecte, audita tua calamitate omnes nos, Domini Poloni, moti sumus vehementer. Libenter opem quoque ferremus, nisi loci distantia prohiberemur, sed tamen nostris Ducibus et Capitaneis in illis finibus existentibus mandavimus firmiter, ut advigilem tibi opem ferant. Quas litteras habemus ad manus sub sigillo utriusque<sup>104</sup>. Caeterum ad auxilium Iwani 25 celocibus instructis et militibus impetum in Albam Nester Poloni fecerunt<sup>105</sup>. Quam urbem incenderunt devastaruntque et, quod maius est, exercitum quoque ad auxilium Iwani proditoris misistis<sup>106</sup> et modis omnibus auxilium illi tulistis. Quae omnia sunt contra pacta antiqua et pacem sanctam.

Quare nos quoque, his visis et certo intellectis, Czausium nostrum fidelem et prudentem Achmat ad vos cum litteris nostris misimus hortamurque, ut si pacis antiquae estis amantes, celocibus impetum in Albam Nester facientes et auxilium Iwano ferentes investigare et punire non gravemini. Praedicti praeterea Iwani proditoris socerum, coniugem et Consiliariorum coniuges una cum thesauro, rebus, famulis, currubus et equis per hunc

<sup>100</sup> Alexander Mircea, palatinus Valachiae.

<sup>101</sup> Cfr. N. 128.

<sup>102</sup> Cfr. N. 151. De ducentis militibus, a magno exercituum Polonorum capitaneo Georgio Jazłowiecki missis, qui coniugem dicti Ioannis, Maricam, eius patrem Lupum Huru et 7 boiarones in Chocim detinere constituit, vide Giurescu, p. 183.

<sup>103</sup> Litteras Alexandri Mircea ad senatum et responsum senatus non reperimus.

<sup>104</sup> Epistulae Constantini Ostrogski et Alberti Łaski ad Ioannem (Ivonia nuncupatum) ad dies nostros non sunt asservatae.

<sup>105</sup> De impetu 600 Cosacorum in Albam Iuliam (Belgorod) ad ostium Borysthenis in celocibus facto, vide Giurescu, p. 159-160.

<sup>106</sup> Agitur de 1200 Cosacis sub duce Świerczowski pugnantis, cfr. N. 151.

fidelem nostrum Czausium huc mittere statim non negligatis<sup>107</sup>. Constat enim nobis optime socerum Iwani, coniugem, Boer nuncupatorum coniuges, liberos ancillasque mea esse mancipia, illisque ad Portam nostram excelsum missis, cum Czausio nostro ideo misso, latrones, meam ditionem devastantes, et quicumque Iwano consilium dederunt aut auxilium tulerunt, ut pote raptores et violatores pacti et pacis tranquillitatisque turbatores, inquirete et punite, ut utrinque Respublica in tranquillitate manens orationes ad Deum fundat. Scitote praeterea Petro, Palatino Moldaviensi, mandato nostro Regnum esse datum. [115] Ideo volumus, ut amantes vos invicem amplectamini mutuo amicitia et vicinitate fruamini. Et si qui latrones a partibus vestris molesti illi esse velint, vos resistere necesse est, si antiquam pacem manere firmam cupitis. Regnum enim Moldaviae est nostrum ut Constantinopolis. Eisdem bene valere optamus. Datum Constantinopoli, 29 Iulii anno Christi 1574<sup>108</sup>.

## A. 21

### **Formula indagandi in causa suspectae simoniae Lucae Kościelecki ad episcopatum Premisliensem promovendi**

[Romae, 7 VIII 1574].

*Propter dubia circa simoniam abbatis Lubinensis (Lucae Kościelecki), episcopatum Premisliensem ambientis, orta, mandat, ut hac in causa sequentes testes examinentur: Andreas Opaliński, Stanislaus secretarius, quidam Albertus, epus Posnaniensis (Konarski), 2 vel 3 aulici regii et aliqui alii, qui abbatis inimici non sint.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 171 f. 467r-468r (adiuncta litteris 7 VIII 1574 datis, cfr. N. 134).

### **Pro indaganda veritate facti Abbatis Lubinensis<sup>109</sup>**

<sup>107</sup> De missione czaussii Achmat vide ibidem.

<sup>108</sup> Eundem fere tenorem habent litterae magni vesiri Sokollu ad senatum, etiam Constantinopoli 29 VII 1574 datae (exemplar earum, una cum exemplo litterarum sultani Romam missum, servatur in AV, Nunz.Pol. 7 f. 112r-113v).

<sup>109</sup> De circumstantiis, in quibus hoc scriptum confectum est, et nonnullis argumentis in eo tractatis cfr. latius in N. 134.

Examinetur in primis ipse Abbas cum iuramento, ut sincere dicat, quomodo se res habuerit, cum omnis verisimilitudo et publica fama et prima scriptura Secretarii stet contra eum<sup>110</sup>.

Examinentur item cum iuramento infrascripti:

I. Andreas Marescalcus<sup>111</sup>. Et in eo urgeatur, ut dicat veritatem, si solvit pecuniam illam mandato vel scitu vel permissione ipsius Abbatis, aut saltem eo prius monito, cum valde verisimile sit, aliquid horum processisse, praesertim attenda tanta summa pecuniarum.

II. Stanislaus Secretarius. Qui etiam moneatur interpretationem ab eo datam ad primam suam scripturam esse contra proprietatem et significationem verborum illius, quae aperte dicant eum recepisse pecuniam coniunctim ab Abbate ipso et ab illo D.no Alberto. Cuius mentionem cum fecerit ipse Secretarius, quaeratur et ab eo, quis sit hic Albertus: an familiaris, negotiorum gestor, aut Procurator Abbatis ipsius; et quaenam aliae sint eiusdem Alberti qualitates; et quid nomine Abbatis secum tractaverit.

[467v] III. Alii testes, qui probe noscant ipsum Albertum; et quid ab eo in specie gestum hoc in facto Abbatis sciant.

III. Albertus ipsemet. Qui interrogetur, quid rei sibi unquam fuerit cum ipso Abbate, quid nomine eius tractari fecerit, quomodo factum illud se habuerit, quod in scriptura Secretarii narratur.

V. Episcopus Posnaniensis<sup>112</sup>. Cuius dioecesis est oppidum Warsovia, in quo facta fuit solutio illarum pecuniarum; quid sciat, quid sentiat, quid audiverit de hoc facto; quae fama sit de eo in Civitate et Dioecesi sua.

VI. Duo vel tres regulares ex senioribus et probatoribus illius monasterii Lubinensis, cui praeest dictus Abbas. Quid sciant, quid audiverint hac de re, dicat libere, oneraturque in hoc conscientiae suae.

VII. Duo vel tres ex illis Curialibus primoribus et spectatioris fidei, qui apud regem erant tempore comitiorum Warsoviae, quando fuit facta solutio illarum pecuniarum. An sciverint vel audiverint, quomodo haec res gesta sit et quae communis opinio tunc erat in Curia [468r] Regis de hoc facto Abbatis, et qualis fama tunc de eo circumferebatur.

VIII. Postremo aliqui alii testes, qui veritatis conscii sint quique facile et absque ullo strepitu haberi poterunt et citra ullum periculum. Qua tamen in re advertendum erit, ne qui testes sumantur de domo aut factione eorum, qui apertas inimicitias aut simultates gerunt cum ipso Abbate eiusque familia et clientelis.

---

<sup>110</sup> In mente habet acta processus eiusdem Kościelecki, quae Lauro 17 V 1574 Romam misit, cfr. N.101.

<sup>111</sup> Opaliński.

<sup>112</sup> Adamus Konarski.

## A. 22.

**Ordo agendorum  
in Convocatione Generali Varsaviensi adhibitus**

[Varsaviae, 30-31 VIII 1574].

*Index argumentorum, quae prima die toti convocationi ad deliberandum proposita sunt, et nonnullorum regotiorum, quae altera die tractanda erant.*

**Cop.:** AV Nunz. Pol. 7 f. 251 r (confecta in cancellaria Vincentii Lauro et una cum eius litteris ad Gallium 31 VIII datis missa, cfr. N. 145).

Capita propositionum

1. Utrum Rex hoc suo insperato discessu renunciaverit Regno an non.
2. Pax interna et externa stabilienda.
3. Iustitia in Regno administranda.
4. De stipendio militibus persolvendo et de invasione in bona regalia seu quaevis alia, facta ab eisdem militibus.
5. Ex omnibus partibus Regni defensio statuenda.
6. In suffragiis ferendis, ut quisque brevior sit, aliorum vota ne repetat.
7. Castellani, praesertim minores, eligant inter se quattuor praecipuos, qui omnium vota referant.
8. Si Interregnum non esse decernatur, verum Legati ex omnibus ordinibus sint ad Regem mittendi, vel etiam eorum nomine litterae tantummodo per unum Internuncium seu Tabellarium.

Item altera die

Lectae sunt litterae a D.no Castellano Trocensi<sup>113</sup> de Nunciis Moschi, ut aliquid certi de eis statuatur, vel eos huc Varsoviam venire iubeant, vel dicto D.no Castellano pecunia pro victu dictis Nunciis necessario mittatur, nam diutius eosdem apud se suis sumptibus detinere non potest<sup>114</sup>.

Item lectae sunt litterae a Vicecancellario<sup>115</sup>, quibus se excusat non posse huic Convocationi ob inopiam interesse.

Item facta est taxa rerum, quae usui necessariae sunt.

<sup>113</sup> Eustachius Wołłowicz († 1584), castellanus Trocensis a. 1506-1579, postea palatinus Vilnensis.

<sup>114</sup> De his nuntiis, tunc in Nowogródek commorantibus, vide N. 131.

<sup>115</sup> Petrus Dunin Wolski.

## A. 23.

**Stephnus Báthory, palatinus Transilvaniae  
Gregorio XIII, pontifici maximo**

Albae Iuliae, 14 IX 1574.

*Gratias agit pro brevi per praepositum Bochnensem Georgium Fabium sibi allato, qui Roma revertit, reddita ibi ratione de statu rei publicae et periculo tumultuum, qui oriri possent, si ipse violentis mediis haereses in Transilvania extirpare vellet. Nuntiat nihilominus se praesertim Arianos reprimere pergere, qui regnante praedecessore suo (Ioanne Sigismundo Zápolya) radices penitus immiserunt et multiplicati sint, sed ad hoc longius temporis spatium et patientiam sibi necessaria esse censet et bonorum a praedecessore amissorum restitutionem.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 144r-v (litteris V. Lauro ad Gallium 14 IX 1574 datis insertum, vide N. 154). In f. 145v inscriptio, fragmentum sigilli et summarium responsionis laudatoriae et adhortatoriae.

Beatissime in Christo Pater et Domine nobis colendissime

Post oscula sanctissimorum pedum filialemque obedientiam, in gratiam Sanctitatis V.rae officiosissimam commendationem. Reverendus Dominus Georgius Fabius, Bochnensis Praepositus, alias Archidiaconus Colocensis<sup>116</sup>, reddidit nobis Sanctitatis V.rae litteras, quas ea, qua debuimus, reverentia exosculati perlegimus<sup>117</sup>. Etsi autem quoque submissee Sanctitati V.rae, cum quo in statu sint res nostrae, tum nunquam nobis in promovenda eius gloria sanctissimaeque Sedis Romanae augenda dignitate voluntatem defuisse neque nunc deesse indicatum est, tamen id ipsum Sanctitas V.ra ex eodem D.no Fabio, cui huius regni status [.....]<sup>a)</sup> rerumque

<sup>116</sup> Georgius Fabius, Dalmata, praepositus Bochnensis (idem ac Paulus Fabius?, cfr. N. 122), archidiaconus Colocensis, unus ex proximis adiutoribus Stephani Báthory in Transilvania ad catholicam religionem iterum convertenda, quem a. 1575 idem Báthory ad vacantem dignitatem suffraganei diocesis Albae Juliensis proposuit (vide litteras Bathorei ad Laurentium Maggio SJ, 27 III 1575 datas (*Epistulae et acta Jesuitarum Transilvaniae temporibus principum Báthor, 1571-1613*), coll. et ed. Andreas Veress, vol. 1: 1571-1588, Budapest 1911 (Fontes Rerum Transilvanicarum, II 1, p. 19). Ab a. 1581 abbas Suleioviensis (vide *Ioannis Andreae Caligarii, nuntii apostolici in Polonia, epistulae et acta, 1578-1581*, ed. L. Boratyński, Cracoviae 1915).

<sup>117</sup> Breve Gregorii XIII ad Stephanum Báthory, 6 III 1574 datum, respondet ad litteras eiusdem, per Georgium Fabium allatas et porrectas, in quibus petitur, ut in Transilvania episcopi nominentur. Summus pontifex se id facturum promittit, cum primum palatinus dotationes episcopatuum Ecclesiae ablatas recuperaverit (rep. AV, Arm. 44, ms. 22 f. 162r-163r). Praepositus generalis Societatis Iesu, Evarardus Mercurianus, 27 II 1575 scripsit ad Báthory: "sedulo hic cum Summo Pontifice religionis in Hungaria et Transilvania restituendae negotium pertractavit" (*Epistulae et acta Jesuitarum*, ut supra, p. 18).

initia progressusque notissimi sunt, denuo copiose poterit intelligere. Hi autem adeo altas radices a viginti inde annis in hoc regno egerunt atque ita perpetuo usu confirmati sunt, ut si quis iis tollendis extrema et violenta adhibere remedia vellet, nunquam profecto id citra popularem funestum tumultum, simul etiam tam sui quam regni ingens periculum, praestaret.

Nec tamen ideo zelus noster in catholica religione restituenda refrixit, imo in dies etiam atque etiam in nobis augetur atque eo magis, quod conatum nostrum in reprimendis sensim Arrianae sectae praestigiis, quae non ita pridem Principis defuncti patrocinio magnam regni partem pervaserant<sup>118</sup>, Deus Sancti Spiritus gratia mirandum in modum adiuvat. Nam licet radicitus pestis illa nondum sit excisa, tamen cum auctores illius sectae iusto Dei iudicio brevissimo temporis spatio ad unum paene interierint<sup>119</sup>, in reliquiis non est magnopere laborandum, quibus nimirum omnis pullulandi facultas praeclusa est. [144v] Superest igitur tantum Confessionis Augustanae secta, quae inter alias, ut minus mali sapit, ita etiam magis toleranda videbatur. Eius quoque, si non in totum, in parte saltem extirpandae bona nobis spes est. Eandem de capitulo reformando concepimus<sup>120</sup>.

Quae omnia Rev.dus D.nus Fabius et bene intelligit et etiam res ipsa loquitur, nihil ante tempus, quod laudem aliquam mereatur, constitui, nedum despoliatis per antecessorem nostrum bonis restitui posse. Etenim nobis nihil antiquius est neque erit in tota vita, quam nostram pietatem a parentibus nostris haustam etiam externis factis declarare. Caeterum ad nuntium Sanctitatis V.rae nostram obedientiam atque obsequia grata accommodare semper conabimur, precantes Deum Optimum Maximum, ut Sanctitatem V.ram in honorem Ecclesiae Dei salutemque Reipublicae Christianae salvam et incolumem quam diutissime nobis praestet. Datum Albae Iuliae, XIV Septembris MDLXXIV.

Eiusdem Sanctitatis V.rae

obsequentissimus filius et servitor  
Stephanus Bathory  
Vaivoda Transilvanus  
subscripsit

a) 2 verba non leguntur.

<sup>118</sup> In mente habet rapidum incrementum doctrinae antitrinitariorum in Transilvania regnante Ioanne Sigismundo Zápolya (1540-1571), auctoribus imprimis Francisco David et Georgio Blandrata. Statum religionis, in Transilvania in illo tempore et Stephani Báthory conamina ad regionem illam in sinum Ecclesiae Catholicae reducendam suscepta accuratius describit Iesuita Hungarus Stephanus Szántó in litteris ad praepositum generalem Societatis, Mercurianum, 15 VII 1574 datis (vide: *Epistulae et acta Jesuitarum*, ut supra, p. 6-15).

<sup>119</sup> Agitur forsitan de morte principis Ioannis, qui eis favebat. Ipsi "auctores illius sectae", David et Blandrata, mortui sunt postea.

<sup>120</sup> Sermo est haud dubie de reformando capitulo dioecesis Transilvanensis seu Albae Juliensis.

## A. 24.

**Acta Convocationis Varsaviensis  
in officio subrogatorio Varsaviensi oblata**

Varsaviae, 18 IX 1574.

*Senatores et nuntii terrarum, ab omni nobilitate missi, coram subrogato capitaneatus Varsaviensis, Nicolao Wolski de Podhajce, significant se, propter regis (Henrici) e regno discessum, unanimiter decrevisse, ut - sub poena amissionis bonorum et publicationis in conventibus - Articuli Henriciani servarentur, una cum statutis Confoederationis Varsaviensis ad religionem spectantibus, necnon decreta praesentis convocationis, quibus iniungitur, ut: 1) comitia regni ad diem 12 V 1575 in Steżyca indicantur et rex obligetur, ut ad eundem diem in Poloniam redeat et omnes obligationes prius factas confirmet; 2) ut interea temporis publica iudicia ultimae instantiae in singulis palatinatibus a iudiciis "capturi" dictis exercentur; 3) ut in conventibus proxime futuris ex singulis palatinatibus duo nuntii terrarum eligantur, qui una cum ecclesiasticis omnes dissensiones et controversias inter clerum et nobilitatem intercedentes in proxima synodo composituri sint; 4) ut palatini intra duas septimanas teneantur ad efficiendam restitutionem bonorum regalium eis, qui illis spoliati fuerint; 5) ut executio sententiarum ante latarum sine processibus fiat; 6) ne fatalia et praescriptiones a morte Sigismundi Augusti currere debeant; 7) ut convocationes palatinatum ad diem s. Martini (11 XI) indicantur; 8) ut in eiusmodi convocationibus eligantur subrogati magistratum vacantium, qui eos usque ad reditum regis gerere debeant, similiter ac in capitaneatu Varsaviensi iam factum sit, ubi subrogatus capitanei sit designatus; 9) ut omnes inscriptiones castrenses, post mortem Sigismundi Augusti factae, in robore suo conserventur; 10) ut capitanei sententias a iudiciis "capturi" latis exsequi teneantur.*

**Cop.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 181r-184r (in cancellaria V. Lauro confecta et una cum eius litteris ad Gallium 27 IX 1574 datis Romam missa, cfr. N. 162).

**Ed.:** Noailles III, p. 605-609 (ex aliquo codice nunc inaccessibili).

Actum in Curia Regia Varsoviae,  
Sabbato ante festum Sancti Mathei Apostoli etc.

Coram officio subrogatorio et actis Varsoviae in praesentia Generosi  
D.ni Nicolai Volski de Podhaiecz, Gladiferi Regni, Capitanei Krczepicensis

et Capitaneatus Varsoviensis subrogati<sup>121</sup>, comparentes personaliter Magnifici et Generosi D.ni Nuncii Palatinatum Regni, ab omni nobilitate cum plenaria potestate missi, exhibuerunt ad officium et acta Varsoviensia ad inserenda infrascripta, omnium unanimi consensu laudata et sigillis tam amplissimi Senatus Regni, quam ipsorum D.norum Nunciorum authentice firmata et ad acta praesentia relictā, acta constitutionesque, quorum tenor sensusque de verbo ad verbum hic est:

Nos, Senatores Regni Spirituales et Saeculares, Nunciique Terrestres ab omnibus Regni Provinciis missi, significamus universis et singulis, quibus interest, tam iis modernis, qui nunc sunt, quam illis, qui post futuri sunt, quod nos, praeviendo et cavendo pericula, quae propter discessum Sacrae Regiae Maiestatis Regno venire possent, maiorum nostrorum morem et consuetudinem in eo secuti, qui eiusmodi constitutiones facere soliti sunt, communi unanimi et concordi omnium consensu inter nos constituimus et laudavimus, atque occurrendo improbitati et temeritati eorum hominum, qui constitutiones, ad bonum tranquillitatis Reipublicae summa concordia et unanimi consensu factas, violare aut perturbare contrariis suis conatibus et ad ea violanda suppeditare Regibus consilium velint, id fecimus in hunc modum:

Si quis in posterum cuiuscunque ordinis, sive spiritualis sive saecularis, sive Senator sive Eques, auderet ac praesumeret se opponere et nociva consilia moliri contra ea, quae constituta sub Interregno ac per Oratores Caroli Regis Galliae nuper obmortui et Ser.mi Regis Henrici iureiurando firmata sunt, similiter et contra articulos, quos in electione Parisiis et ab Oratoribus nostris in Galliam perferri volumus (articulum inter dissidentes de Religione [118v] in Confoederatione prima ita in suo robore reservando, uti antea fuit, quandoquidem Ordo Spiritualis et quidam alii contra eum protestati sunt), simili modo et contra hanc, cum qua hoc tempore ad Sacram Regiam Maiestatem mittimus, et quae scripto et litteris adamussim est comprehensa et ad acta castrensia Varsoviensia tradita, necnon alios omnes tractatus in hac Convocatione per nos unanimiter pro bono Reipublicae constitutos et conclusos, prout inferius sunt descripti, sive in parte sive in toto contravenire ausus fuerit verbo aut consilio, aut alias quocunque et quacunque excogitata ratione id labefactando; hos omnes et singulos, cuiuscunque ordinis et professionis sint fuerintve, volumus et debemus ipso facto pro infamibus habere, ac proinde indignos quibuscunque praerogativis aut praereminentiis libertatum, nobilitatis, dignitatum et officiorum quorumcunque adeo, ut eiusmodi hominibus, tanquam violatoribus libertatum et constitutionum nostrarum communium, nullum ius subsidio esse debeat, quin potius ad maiorem eorum perniciem et ignominiam contraferri debeat; quisquis autem iis eiusmodi hominibus, consanguinitate et necessitudine aliqua

---

<sup>121</sup> Nicolaus Wolski de Podhajce (†1630), gladifer regni a 21 V 1574, postea marescalcus curiae regiae (1600-1616) et regni (1616-1630).

ductus, pecunia, consilio, auxilio et aliis modis opem ferre vellet, is ipse eodem modo pro infami reputari debet.

Nos autem omnes et singuli id Deo omnipotenti adiuramus et promittimus sub fide ac omni virtute et honore nostro, quod contra eiusmodi omnes et singulos (ubi declarati fuerint) consurgemus, eos vita et possessionibus privabimus et pro Republica confiscabimus ad perpetuam eorum infamiae memoriam. Ut autem ad hoc genus et consurgendi eo facilior ratio iniri possit, volumus, ut si quis eiusmodi in Comitibus aut Conventu aliquo totius Regni, aut etiam in Senatu comparuerit, Senatores Regni et Nuncii Terrestres tam coniunctim quam divisim adversus eum insurgere debent non verbis tantum, sed etiam [182r] viribus executionem praedictam in eum in instanti extendendo, si in eodem illo Conventu ex eo id publice auditum fuerit. Quod si ex delatione alicuius tum quaeratur, utrum id affirmet necne: quod si neget, tunc absolvendus est; quod eodem modo servandum est in Conventibus Palatinatum. Si autem Senatores Regni aut Nuncii Terrestres noluerint, tum universa nobilitas, tam contra Senatum et Nuncios, quam etiam et contra eos, qui iis contravenerint, consurgere debet, vita et possessionibus eos privare. Sicubi autem in Conventibus Palatinatum eiusmodi reperirentur, tum Palatinus et Capitaneus loci illius debet nobilitatem contra eum movere.

Nos autem sub vinculo virtutis, fidei et iurisiurandi nostri et sub poena praedicta obligamus nos, facta hac innotescentia, omnibus viribus insurgere. Quod si Palatinus et Capitaneus remissi in eo, aut eiusdem delicti rei fuerint, eidem poenae subiacebunt. Castellani vero cum aliis Dignitariis idem facere tenebuntur. Si autem omnes negligentes fuerint, liberum erit nobili cuicumque, si quem affinem eius sceleris esse sciat, eius nomen publice in Convocatione profiteri et adversus eum accusationem instituere. Et quoniam praesens Conventus totius Regni legitime est indictus et omnibus, quorum interest, denunciatus, quicumque et quacumque de causa praesens hic non fuerit, debet et tenebitur in eo, quod hic per nos unanimiter sancitum est, acquiescere. Si quis autem aut ignorantia aut absentia sua ei contravenire et dissolvere velit, contra talem et tales, necnon contra fautores eorum, cuiuscumque conditionis et prae eminentiae fuerint, similiter consurgere et eiusmodi poenis (prout supra scriptum est) in eos animadvertere, sub eadem obligatione iuramenti et honorum nostrorum promittimus. Ut autem unanime hoc scitum nostrum praesenti sanctione [182v] firmatum omnibus notum sit, ita illud descriptum esse duximus:

Quandoquidem assignavimus tempus adventus Sacrae Regiae Maiestatis diem 12 Maii in anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, ad quod tempus nisi Sacra Regia Maiestas advenerit propter quascumque causas, etiam quibusvis impedimentis nullum locum relinquentes, indiximus electionem nobis sub oppido Stęzycza ad eum ipsum diem, quandoquidem imminetia Reipublicae pericula nullam patiuntur moram. Et nisi adve-

niens omnibus constitutionibus, tam in parte quam in toto (quemadmodum per oratores Regis Gallorum, fratris sui demortui, et per suos item ac per nostros quoque) et articulis in electione constitutis, exhibitis et iam iuramento confirmatis satisfecerit, et praeterea confirmationem sufficientem iurium nostrorum non dederit, tum sub iuramento, fide et honore nostro obligamus nos eum pro Domino non agnoscere, non permittentes nos abduci ullis promissis, etiam detentione Nunciorum nostrorum et prorogatione temporum. Id praecipue cavendum, ut si Sacra Regia Maiestas adveniens, omnibus, quae sunt superius nominatim dicta, satisfecerit, teneatur nobiscum in Regno praesentia sua nusquam discedendo permanere.

Formam publicorum iudiciorum ultimae instantiae quocunque modo Palatinatus aliquis aut iam constituit, aut deinceps constituet, et ad eundem modum aliaque iudicia aut confoederationes, capturi dictas, tam in praesentia Regiae Maiestatis quam etiam post discessum, integra tenere promittimus cum correctura eorum, si opus fuerit.

Quoniam autem dissensiones sunt inter Ordinem Spiritualem et Saecularem, ideo vigore huius Convocationis constituimus, quod in futuris Palatinatum [183r] Conventibus eligere debemus ex medio nostri binas personas, qui [sic] in Synodum proxime venturam proficisci debent et communiter de omnibus iniuriis componere cum Ordine Ecclesiastico, et id ad Comitium pro die 12 mensis Maii in Steżycza instituta perficere.

Quod autem attinet bona Regalia tum Capitaneatum, tum Castrorum et quaruncunque possessionum, si aliquis, tam praesente Regia Maiestate quam post discessum, possessorem aliquem vi exturbet, tum is, qui iniuria affectus et vi pulsus fuerit, protestationem expulsionis suae in iudicio castrensi quocunque debet facere; et postea tenebitur coram Palatino illius loci aut proximo Castellano post Palatinum terrae illius in defectu Palatini docere de possessione et expulsionem sua. Palatinus vero aut Castellanus debet violentum illum hominem per litteras suas apertas admonere. Quas litteras debet illi mittere et ponere per ministerialem et duos nobiles possessionatos in eisdem bonis, ex quibus pulsus est, in eodem territorio, ut iniuria affecto secundum eam constitutionem nostram bona illa, quae invasit, restituat et possessionem effectualiter det infra duas septimanas sub poena famae, vitae et possessionis amissionis. Si autem ad eam admonitionem Palatini aut Castellani id facere nollet, tum Palatinus aut Castellanus debet toti nobilitati illius territorii significare et omnes, hac significatione facta, debebunt se movere sub poena centum marcarum parti succumbenda. Quod si territorium sufficere non possit, tum Palatinatus universus per universales suas litteras, quae pro litteris restium reputari debent, debet admonere, ut omnes consurgant sub eadem poena contra talem, qui iam ipso facto erit infamis, ut turbator pacis publicae et iure victus. In absentia cuiuscunque nobilis in illo Palatinatu famulus in loco Domini exequi id potest. Et si quando id Palatinus aut Castellanus facere noluerit, et [183v] eius rei

fuerit legitime convictus, tum eidem poenae, prout et violentus ille homo, subiacebit. Et vicinus Palatinus, ad quem ille, qui iniuriam passus fuerit, confugerit, eandem executionem iniuriam passo de violatore illo facere tenebitur cum nobilitate Palatinatus sui sub eadem poena infamiae, ut supra, salva tamen actione eidem violatori in foro competenti de potioritate iuris.

Quod si quis causam suam ad executionem rei iudicatae perduxerit, liberum illi erit actionem suam secundum tenorem decreti regii prosequi, omisso hoc processu, qui in hac confoederatione describitur.

Quod autem attinet fatalia aut praescriptiones quascunque, ea fatalia a tempore mortis Ser.mi quondam Sigismundi Augusti usque ad adventum Regiae Maiestatis currere non debent.

Quod vero quidam Palatinatus distulerant deliberationem suam de iudiciis ad hanc Convocationem Varsoviensem, quae idem denuo concordata et emendata reportant ad Palatinatus suos, ideo virtute praesentis Convocationis D.ni Palatini et Castellani primi debent indicere communes Conventus nobilitati in Palatinatibus et terris suis in locis solitis ad diem Sancti Martini. Attamen sicubi Palatinatus aliquis Conventum hunc suum iam indixisset, aut tempus hoc antevertere aut subsequi voluerit, non debet id huic Constitutioni unquam praeiudicio esse.

Et quoniam in nonnullis Palatinatibus officialium numerus non est integer, ad quos officiales ius et iusticiam administrare pertinet, permittimus, ut in locum officialis demortui alium eligant in Conventibus, quoad Maiestas Regia in Poloniam adveniens alium dederit. Sicuti iam terra Varsoviensis elegit sibi propter catrensia negotia subrogatorem, ut in id, quod ad iurisdictionem praefatam Varsoviensem pertinet, integre subrogatori huic reddatur, donec Regia Maiestas Capitaneum dederit.

[184r] Inscriptiones quaecunque castrenses, quaecunque post mortem Regis Sigismundi Augusti factae sunt, et quae fient usque ad tempus praesentiae in Regno Regiae Maiestatis, in robore suo conservamus. Positio librorum in Palatinatibus omnibus et terris secundum consueta tempora obeatur.

Et quicquid in his iudiciis ultimae instantiae iudicabitur, Capitanei exequi teneantur secundum revisionem sub poena in statutis descripta. Quod si Capitaneus ipse eius districtus iudicatus fuerit, tunc secundum leges vicinior Capitaneus sub eisdem poenis executionem de illo faciat.

Haec omnia manutenere pollicemur sub eodem vinculo et obligatione, quae superius in hoc nostro scito descripta est.

In cuius rei memoriam maiorem et certitudinem sigilla nostra expressimus et ad acta castrensia Varsoviensia induci dedimus. Actum etc.

## A. 25.

**Protestatio Iacobi Uchański, aepi Gnesnensis**

Sochaczewiae, 25 IX 1574.

*Aepus Gnesnesis Iacobus Uchański, una cum canonicis Ioanne Rembieliński et Ioanne Sikorski, requirunt, ut in acta castrensia Schaczoviensia, praesente capitaneo Paulo Szczawiński, inseratur sollemnis protestatio episcoporum contra violationem iurium et privilegiorum cleri, praesertim ad administrandam iustitiam quod attinet, propter discordes decisiones participum convocationis Varsaviensis, et repetunt priores protestationes contra decreta ad negotium religionis spectantia, tempore electionis Varsaviae, Lutetiae et durante coronatione Cracoviae lata. Protestantur imprimis contra novam formam iudiciorum, quam rem ad futuram convocationem reiciunt.*

**Cop.:** AV, Nunz.Pol. 7 f. 171r-172r (in cancellaria V. Lauro confecta et una cum eiusdem litteris, 27 IX 1574 datis, Tholomaeo Gallio missa, cfr. N. 162).

Actum in Castro Sochaczoviensi,  
die Sabbati post festum Sancti Mathei Apostoli proximo,  
Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto,  
in praesentia Magnifici D.ni Pauli Sczawinsky, Castellani Brzezinensis et  
Capitanei Sochaczoviensis<sup>122</sup>.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Capitanealibus Castrensibus Sochaczoviensibus Rev.mus in Christo Pater et D.nus, D.nus Iacobus Uchansky, Dei gratia Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus natus et Regni Poloniae Primas ac primus Princeps, una cum Rev.dis D.nis Ioanne Rembyelinsky<sup>123</sup>, et Ioanne Sikorsky, Canonicis Gnesnensibus duobus de Capitulo Gnesnensi, suo et aliorum omnium et singulorum sibi adhaerentium et adhaerere volentium, tam spiritualium quam saecularium, fidem et obedientiam Sanctae Romanae Ecclesiae profitentium, nominibus, officium praesens Capitaneale Castrense Sochaczoviense sollemniter requisivit, ut infrascriptam per ipsos in proxime praeterita Convocatione Varsoviensi factam et interpositam atque hic in scripto oblatam protestationem in acta praesentia Castrensia Sochaczoviensia insereret, ex quo id in actis Varsoviensibus ob defectum Capitanei et vacationem Capitaneatus Varso-

<sup>122</sup> Paulus Szczawiński († post 1589), capitaneus Sochaczewiensis et castellanus Brzezinensis a. 1568-1576, postea castellanus Lanciensis.

<sup>123</sup> Ioannes Rembieliński († 1614) IUD, consanguineus aepi Iacobi Uchański, canonicus Gnesnensis ab a. 1568.

viensis commode et iuridice facere non potuerunt. Cuius quidem protestationis tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis:

Nos, Archiepiscopus et Episcopi, nostro, Capitulorum nostrorum et totius Cleri ac aliorum omnium status saecularis Catholicorum hominum, in fide sancta Catholica Romana viventium et perseverantium, nominibus, sentientes in quali Republica status spiritualis et saecularis ab initio fidei Christianae per praedecessores Dominos, Principes et Reges Poloniae sit iuribus, privilegiis, libertatibus et immunitatibus firmatus, praesertim de iurisdictione spirituali, de iudiciis et administranda iustitia, de Ecclesiis, personis et bonis ecclesiasticis, de decimis, fundis, censibus, Capitulis et personis ecclesiasticis datis et donatis, et aliis annexis atque connexis spiritualibus, tam in genere quam in specie, quae hic pro expressis habere volumus, nolentesque, quinimo diligenter caventes, ne aliquid agatur ad immutandam veterem et antiquam formam Reipublicae, neque ulla alia nova iudicia fiant aut statuatur praeter ea, quae iure communi veteri statuta et circumscripta sunt, ac etiam ne quis praetendat nos in aliquam mutationem, per aliquem tacitum vel expressum consensum, fidei Christianae Catholicae, Ecclesiarum, iurium, proventuum contra ius commune et contra privilegia nostra consensisse aut consentire velle, inhaerentes Catholicae Christianae fidei, privilegiis ac libertatibus nostris, [171v] nolumus ab eis in ullo vel minimo puncto discedere, prout neque discedimus, de quo coram Domino Deo et vobis omnibus solemniter protestamur.

Ac quemadmodum antea semper cum toto Clero multisque aliis status saecularis hominibus protestati sumus, tam in Convocatione, in electione et in coronatione nos ipsi praesentes, quam Parisiis per nonnullos D.nos Oratores nostros, contra ea omnia, quaecunque tam in Convocatione quam electione praeteritis Varsaviensibus conscripta et Sacrae Regiae Maiestati Parisiis oblata sunt<sup>124</sup>, ad eaque nullo modo consentire voluimus, prout salva conscientia nostra etiam non potuimus; videntes et scientes in iis multa scripta et inserta esse, quae contra Dominum Deum manifeste, contra ipsius Ecclesiam Sanctam Catholicam Romanam et contra privilegia, iura et libertates communes Regni pugnant. Ita etiam nunc in nullo a prioribus nostris protestationibus, ubicunque, quodocunque et coram quibuscunque officiis per nos factis, recedentes, quin potius firmiter eisdem adhaerentes, coram Domino Deo, coram vobis totiusque orbis hominibus protestamur, nostro et eorum omnium, quicumque antea nobiscum protestati sunt et nunc protestantur atque deinceps protestabuntur, nominibus, quia nos tam ad praefatas non per omnes, neque ex consensu omnium Regni ordinum, sed per quasdam personas conscriptas confoederationes et articulos, quam ad praesentem confoederationem seu cautionem, quam hic facere vultis et facitis, ut pote ad eam, quae est aperte contra iura, privilegia et libertates Re-

<sup>124</sup> De his protestationibus vide N. 16 et 34.

gni, non consentimus, neque bona conscientia consentire volumus nec possumus.

Quod vero attinet novum modum iudiciorum, protestamur, quod nos a iudiciis in iurisdictione nostra spiritali discedere nolumus, donec unanimi consensu in toto Regno modus iudiciorum absque praeiudicio iurium et libertatum nostrarum communi laudo per Sacram Regiam Maiestatem et ordines Regni rite ac legitime inveniatur et constituatur. Et quia nos, Archiepiscopus et Episcopi, nulli modo iudiciorum novo, praesertim absque scitu et consensu Capitulorum nostrorum ac totius Cleri adsentiri possumus, pro ut neque facultatem eam habemus, ideo differimus hoc negotium ad Capitula nostra vel ad Synodum, ubi quicquid et quicquid optimum Reipublicae nostrae, in qua nati sumus et cui optima quaeque cupimus, intellexerimus, omnino curabimus, ut omne id ad futuram [172r] Regni Conventionem deferatur, simulque per omnes Regni ordines de eo statuatur. Quare petimus, ut Dominationes V.rae id a nobis aequo animo suscipiant, quod ad praesens in nullos tractatus cum eis (etiamsi vellemus) nos ingerere possumus. De quo iterum atque iterum solemniter protestamur.

Et hic idem personaliter comparens providus Petrus Koskynsky, ministerialis generalis Regni, una cum Nobilibus A b c d e f g, in vim suae fidelis recognitionis coram quocunque officio fiendae, coram ipsis, sicut praemisum est, protestatum esse recognoverunt ac praesentibus recognoscunt. Quam recognitionem, una cum protestatione, officium actuari mandavit.

# **INDICES**

24 19. di luglio  
Del punto di Polonia

Al. M<sup>ms</sup> et R<sup>ms</sup> Mons. Jiron mis  
al. M<sup>ms</sup> Mons. il Car. di Coms. sc

per ser. di N. S.

# INDEX

## nominum, institutorum et locorum

composuit Paulus Scaringi

In indice omittuntur nomina Henrici Valesii regis Poloniae, Gregorii XIII pontificis maximi, card. Tholomaei Gallio secretarii status, Vincentii Lauro nuntii, Galliae, Lithuaniae, Poloniae et locorum, in quibus scripta hic publicata inveniuntur (cfr. indicem fontium et tabulariorum).

Achmat, czaussius (orator) sultani Selimi II in Polonia: 316, 318, 320-323, 336, 384-386.

Adriaticum mare: v. Hadriaticum.

Aesthonia (Estonia), status: 239.

Agatha, sancta - titulus ecclesiae Romanae: 358.

Alanus ab Insulis, theologus: 118.

Alba dux: v. Alvarez de Toledo.

Alba Iulia, civitas in Dacia Romana: 389-390

- dioecesis (Transilvanensis): 389-390.

- - epus suffraganeus postulatus: v. Fabius Georgius.

Alba Iulia (Belgorod) ad ostium Borysthenis, arx: 385.

*Albertrandi Ioannes Baptista*: XXX.

Albertus Hohenzollern, dux in Prussia: 222, 227-228.

Albertus Fridericus Hohenzollern, filius Alberti, dux in Prussia: XXIV, 227-228.

Albertus quidam: 285, 386-387.

Albret Ioanna de, uxor Antonii de Bourbon, regina Navarrae: VI.

Alenonium (Alençon), ducatus.

- dux: v. Valesius Franciscus.

Alexander II Mircea, palatinus Valachiae: 235, 264, 384-385.

- eius frater: v. Petrus V, palatinus Moldaviae.

Alexandria in Aegypto, civitas.

- patriarcha: v. Olivier Seraphinus.

Alexandrinus (ab Alexandria in Pedemontio) cardinalis: v. Bonelli Michael.

Alexiis Alexius de, scriptor brevium: 90, 98.

Alfonsus II d'Este, dux Ferrariae: XVI, 43, 70, 131, 136, 309, 310.

- eius oratores in Polonia: v. Bottone Thaddaeus, Giraldini Ascanius, Guarini Ioannes Baptista.

Alsatia: v. Elsatia.

Alvarez de Toledo Ferdinandus, dux Albae, gubernator Flandriae: 360-361.

*Amici Michael MI*: XXII.

**Andegavum** (Anjou), civitas et dioecesis.

- epus: v. Ruzé Gulielmus.

**Andreas Apostolus, sanctus** - titulus ecclesiae monialium S. Clarae Cracoviae: 259.

**Andreas de Płońsk**, parochus in Płońsk: 163.

**Andreucci Horatius**, secretarius Vincentii Lauro: XII-XIII, XXV, 148, 328.

**Anebath Georgius**, parochus in Długobór: 180-182.

**Angeli (sancti) arx Romae**: XXIII-XXIV.

**Anglia, regnum**: 178-179, 239.

- reginae: v. Elisabeth Tudor, Maria Tudor.

**Anglicana confessio**: VII.

**Angoulême**: v. Engolismum.

**Anna Jagellonica**, filia Sigismundi I, soror Sigismundi Augusti, infans Poloniae: 73, 77, 87-88, 105, 130, 133, 141, 148, 150, 161-162, 174, 205, 209, 231-233, 235, 244, 248, 253, 255, 273-274, 278-280, 289-290, 311-312, 314, 325, 331, 345-346, 351.

**Ansbach, machia Brandenburgensis**: 226.

- marchio: v. Georgius Fridericus Hohenzollern.

**Antitrinitarii, haeretici**: 119, 324, 389-390; v. Blandrata Georgius, Dávid Franciscus.

**Antonius de Bourbon, rex Navarrae**: VI.

- eius uxor: v. Albret Ioanna de.

**Ara Coeli, via Romae**: XXII.

